

THESIUM
PHILOSOPHICARUM
LIBRI TRES AB
OCTAUIO
TURRICELLIO...

Octavius Turricellius





14-10-91

40 49
f 1.
37 {
10

ALTERVS SIC

OP EM.

THESIVM
PHILOSOPHICARVM
libri tres
AB OCTAVIO TURRICELLIO
Patrício Regiensi.
Collegij Nobilium Convictore.
Tuelaribus
S.CATHARINÆ VIRG ET MART
auspicys,
in Academia Parmensi
Societ. IESV
ad disputandum
propositi.
Illustrissimo, et Reuerendissimo
CLAUDIO RANGONO.
Episcopo Regiensi, et Principi
dicati.







MO

MO

Illustris. & Reuerendiss.

CLAUDIO RANGONO

Episcopo Regensi, & Principi.

O C T A V I V S T V R R I C E L L I V S

Patrius Regiensis, Parmensis Nobilium Collegij
Conuictor, felicitatem.



Vx duo præcipua in Ecclesiastico Prin-
cipe Virtutum lumina, quasi gemi-
na in cœlo clarissima sydera, omnium
in se oculos, animosque conuertunt;
in D E V M Pietas, & in agendo Pru-
dentia: ea quibus, quantisque in te
radijs, Illustrissime, ac Reuerendissime Antistes ,

A z clu-



eluceant , & parem tibi ab impari omnium ordinum conditione animorum propensionem obseruantiamque concilient ; tenuitatis meæ non est pro rei magnitudine prædicare . Dicat si potest , & prædicet Regium , quod iucundissime pariter & fructuosisimè conduplicata istius lucis aspectu , ductuque felix , quanto eam proprius intuetur , & sequitur , tanto in eius amorem , cultumque feruet , in ardescitque vehementius : dicat Italia , quæ vetustissimæ tuæ , nobilissimæque splendorem familiæ , quo se quoque magnopere illustratam sentit , nouis , quas indicaui , a te auctum , exageratumque gloriæ facibus gaudet : Transalpinæ demum Prouinciarum , ac Polonia in primis dicat , cui tu superioribus annis Nuntius Apostolicus , summa , & Pontificis Maximi , à quo mittebaris , & potentissimi Regis , ad quem mittebaris , cum approbatione , ac laude , non amabile minus , quam admirabile prodigium . Pietatis , Prudentiæque tuæ geminum sollempnem ostendisti . Mihil equidem hoc posse videor affirmare , quemadmodum in augustissimo illo Solymorum templo , quod sapientissimus mortaliū Rex ad omnium gentium , omniumque sæculorum inuidiam , ac stuporem , ex summi rerum Opificis descriptione tanto molimine condidit , cum frequentissimæ , maximæ , elaboratissimæ certis dispositæ interuallis columnæ ad speciem , vsumque consurgerent ; duæ tamen in ipso templi vestibulo magnitudine , opera , pretio longe alijs antecellentes visabantur : sic plurimas in te , maximèque spectabiles Iustitiæ , Magnanimitatis , Temperantiæ , Constantiæ , Integritatis , aliarumque Virtutum veluti columnas attollit , quibus laudum tua-

rum pondus, & moles incumbat ; sed duas, quas di-
xi, præ cæteris admirabiles, quibus celissimus iste
honoris gradus, ad quem tua te merita euixerunt, pul-
cherrime, firmissimeque sustineatur, Pietatem, atque
Prudentiam eminere . Ad istas ego non Herculeas,
sed Claudiæ columnas post longam trium annorum in
Logicis, Physicis, Metaphysicis, quasi in tribus
longissimè, latissimèque patentibus Philosophiaæ re-
gionibus peregrinationem dicam, an dimicationem,
an utramque ? tandem aliquando consistere, tresque
hosce Philosophicarum thesuum libros, ceu triplex
de Inscitia relatum trophæum, ex ijsdem, te annuen-
te, suspendere statui : vt Pietati, Prudentiæque
seruire iam discat, quæ humanis omnibus artibus,
& disciplinis imperat Philosophia . Quod, vt per te
liceat, non mea, quæ nulla sunt, merita, sed tua,
quæ maxima est, mihiue ipsi perspecta sapius hu-
manitas, & propensa in optimarum artium studia
voluntas, facile abs te, vti spero, impetrabunt.
Accedit, quod hoc qualemque philosophicæ doctri-
næ specimen à Parmensi Lyceo Societatis I E S V,
& Nobilium Collegio eiusdem fidei, curæque com-
misso ad te afferro; cuius tu ordinis Patres cum tan-
ta complectaris benevolentia, dubitare non possum,
quin hunc etiam ab eorum institutione profectum
ingenij partum ijsdem vltro sis benignitatis vlnis
excepturus . Sed pluribus te non morabor .
Habes, in his tibi dicatis thesisbus, obseruantię,
habes amoris in te mei exiguum illud quidem, sed
debitum pignus . Aspice, & accipe, quidquid id
est, consueta tibi, concordique vultus, atque animi
serenitate, tum ad cetera tua in me promerita , hoc

etia in

etiam maximi apud memomenti futurum adjice, vt
me non dicam tibi addicissimum, sed planè tuum
esse pro certo habeas. Extremum hoc votum est; vt
te præpotens ille author, & moderator Mundi
D E V S, vegeta ista, viridique florentem senectutem,
ad Regiensis Ecclesiæ, totiusque Christianæ Reipu-
blicæ utilitatem, & commodum, diutissimè saluum, in-
columemque tueatur;



FHY-

D E
PHILOSOPHICIS

T H E S I B V S

Ab Octauio Turricellio Patritio Regiensi,
Parmensis Nobilium Collegij Conuictore,
In eiusdem Urbis Academia Societatis I E S V
Ad disputandum propositis,

Diuersorum ad diuersos Carmina.


Ad Illustriss. & Reuerendiss.

CLAVDIVM RANGONVM
Episcopum Regensem , &
Principem

Sub gentilitiae eius Aquilæ nomine.



Les, volucrī remigio siugam
Quā vīncit anni, solis, & orbitam,
Celsumque R ANGONAE subalta
Pandis iter super astra F A M A E.
Lucis bibaces hoc, age, Delio
De fonte paullum flette oculos, ubi,
Palibri è salo sudoris, ulterò
Palladius tibi sol ambelat .



Huic docta gaudent quadrijugi vicem
Præstare currus ecce volumina ,
Octauius, que preva ductor
Farnesio citat è Lyceo .
Notis quo albens pagina nigricat ,
Tot taeta lucis spicula promicant .
Probande de fulgore sueta
Legitimas vegetare mentes
Hic irretorto fulgida lumine
Carpes ferocis pabula peccoris :
Hic igneo fortè explicabilis.
Ad radios sine fraude pennam.
Huic inuidarum lumen Appollini
Nulla obfidebunt agmina nubium:
Securus huic usque occidetis ,
Purpurens rutilabit orbis .



Ad Regium Lepidi.



REgales bene natae notas, Urbs inclita, cerne,
Quam se sublimi vertice Turris agat.
Turriculam ne credet; humilem mendacia fingunt
Nomina; sed minui nomine noscit apex.
Hec odit suslus, titulos hęc rident invases,
Quoque auras pascunt nomina vana, sonum.
Magnum opus est, celso super esthera vertice ferris;
Maius in exigua posse latere nota.
Illa tuo tibi nata sola se se inserit astris.
Haud una post bac sydera fronte petes.
Hinc pietas caelo cognatam subrigit Aedem,
Quam nil deserit sydere, URG O subit.
Virgo decus, celi, tibi quam vigilare potenterem
Plurima Turricem pista tabella canit.
Hinc validam tibi molitur sapientia Turrim
Aemula, quam socia cum pietate colat.
Nempe giganteos bac detestata furores,
Nesciet audaci surgere in astra gradu.
Hanc Eosphor gestat dolcis Oltanius armis,
Qui sapiens circum petitora robur inest.
Hunc se se Alcide turrito credit Olympus:
Naturam melior vertice gestat Atlas.

ilic, bellatrix deridens ansa Babellis,
Nul, tam sublimi fronte, superbis apex.
Insidijs fartam doluit Troja obruta molem:
 Prefidij grauidum dat tibi Turris Equum.
Si rem consilio malis, quam cernere ferro,
 Ad qua confugias, culmina Turrishabes.
Pene petita polo dubijs oracula rebus
 (Nemope ingens tollit Turris in astra caput)
Hinc tibi deponit veraci Octauim ore,
 Cui nunc turritos Phœbus amat Tripodas.
Hac platinum de Turre olli Mensabit aurum,
 Ceu melior vero fæta Ioni Danae.
Degeneris diadum ferro que duruit, Actas
 Aurifero staurum dicit ab imbre decus.
Hec tibi vicini spondet commercia celi
 Turris; Cæstarcanas, quo liquat Axis, oper.
Tune quid Rhodio posthac concede Colosso:
 Vna dedit Memphis vincere Pyramidas.
Hec subit astra tuos ostentatura triumphos:
 Pendula de tanta Turre trophea canes.
Erigit una tibi, quo vidit Roma Obeliscos;
 Quotquot spirarunt marmora sculpta decus.
Hanc tibi fama colit, nitumque in vertice ponit
 Hic Alis pennas fixerit, era Tubis.
Hec diadema suis tibi fert, Urbs Regia, pinnis:
 Regius ille comas ture coronat Apex.
Aeria dum fronte tibi subit aethera, fertis.
 Peno Ariadnais inscrit illa caput.
Hec nullum Turris lapsu Astianæca rotabit;
 Hoc patet ad superos culmine Lætis iter.
Mille tibi Pallas clypeos suspendit ab una;
 Mille teor parmas hic tibi Parma dedit.

Quin post errorum fusas è Turre phalangas,
Mille simul palmas hic tibi Parma tulit.
Vnam Pallas amat, sibi propugnacula, Turrim:
Vnam collisus, quam tremat, error babes.
Interea tu -victni ne fulmina celi
(Gloria tanta tua est) Turris amicat me.
An capite oreo tonis formides fulmina Pallas è
Fulmineum è Turri rideat illa Iomem.
Quò Turris flamma surgas secunda trisulce,
Indiga nill lauri est, sed neque laurus abest.
An que stare videt sibi mania, fulminec Aether è
Hoc dignata colunt sydera presidium.
Nempe tue, Octau, Turris sub culmine Asylum
Astra etiam, se se quo tueantur, habent.
Ergo age precipitent quamuis pede secula prono,
Fixa Aeuo rides Temporis illa fugas.
Nil illi decoris furax fuga Temporis auferet.
Temporis hinc disicit pendula penna moras.
Hac domitorem Orbis sub Turri frangere dentem
Discit edax: dominum frena, famemque feret.
Hunc auldo puppim morsu alliges anchora Turri,
Quisquis agls sophia per freca vasta ratem.
Olim lactato latè tibi, Turris amicum
Forsan, & hec inter sydera sydus erit.



Ad Parmensem Academiam.

Dum Castalios propter fontes
Et fatidicas inter lauros,
Mollis tenera frigora brume,
Musica rephysi murmura capio:
Ecce arrectis horrore comis,
Concita multo laurus Apolline,
Tibi, Parmense exculta Lyceum,
Libro irriguas fundere guttas,
Et facundus vulnera cortex.
Assimilatis veluti labris,
Hand confusis dubitanda sonis
Premere verba.
Otia dudum quid lenteus agis,
Ad nectareas resupinus aquas,
Nec Farnosie te perua subit
Cura Palestre, culis optimis
Landum spolijs, magnum nuper
Crenis honoris incrementum?
Nunquid, doctis que consignes
Forsa desunt prelia chartis?
Quis concludat vel perpetuo
Carmine longam Pugilum seriem,
Qui Palladio in puluere, nobiles
Bellatorum fregere minas,

*Qui sibi tantum vindice lingua,
Auspice Phœbo peperere decus?
Non si quidem misi Pindaric,
Pleno resonent gutture voces,
Quot crispans nunc gemmasunt
Vertice Bacchus quoq; concusso.
Se se aliquid stipe frondes,
Meritas valeant dicere palmas.*

*His, Nature nuper domite
Tu ter geminos adde triumphos,
Quos insigni accerrimus Heros
Cum laude tulit, cuius dudum
Luis auditis curris habenis,
In Socrati puluere stadij
Euitata potuit meta,
Paucis tritis signare vias,
Et viatorum cumulare decus.
Ecce, ut pedago Turris in alto
Immota sedet, quamvis lateri
Allisa sonent, nequidquam
Fluctu spument earula cano,
Totis ve ruat Acolus antris,
Ille frementes imperiosius
Doliti pertulit equoris vandas,
Et Palladij maxima contra
Stetit impavidus flamina Cort.
Ecce, attonitis ut contermina
Culmina celo collocat astris,
Et mellori firmior Atlas
Vertice fluidos sustinet orbes.
Huius ab alto culmine Turris,
Altum viatrix Fama superbiat,*

Terque recusis gestat alis ,
Atque in tanti Pugilis landes
Vatum tactus animare tubas ,
Vatum doceat resonare nemus .
Hanc interea fontem propter ,
Sinito in dolce premia frontis ;
Vertice multo crescere laurum ,
Illi aeternum , quò victuris
Ludat circum tempora baccis :



A D

Ad Parmense Nobilium Collegium
Allusio ad eius stemmatis Apes,
& Inscriptlonem,



TANTVS AMOR FLORVM.



Florilegè Veris alumne,
Plurima docte eura Minerua,
Quas Farnesio vagus exercet
Sub sole labor, carula circum
Lilia, granidis, ut mella fuis
Condat, teneris dum libanis
Oscula solis, faciles fertis
Inde rapinas.
En mellifero nota labore,
Vestra consors una cohortis,
Quæ nectaros è numero so
Cespite flores, & caelestes
Sedula rores legit, in alto
Inconcessa vertice Turris,
Jam diftentas aperit multo
Nectarare cellas, jam pratorum
Pandit odoras Apis exumias.
Sic vobis, sic FLORVM semper
Sic TANTVS AMOR.

Ad Philosophiam.



Vlgeret te clarum ingenij, Sapientia, solens,
R A N G O N A hic adstant regia suadet anis.
Nimirum decus ipsa tuum, lumenque, volucrum.
Regina ante fidem, iudicinque probas.
Aut bellatrixem potius petis. Altis artem,
Qua tibi Palladio fulmina Marte ferat.

Ad Aristotelem.



Vrnicula etherijs sublime, quod arcibus infert
Ambitiosa caput muneris omne tui est.
Subdis enim tu celsa humilis fundamina molis,
Lux veri, sophie gloria, mentis apex.
Parua quoque erecta se Turris ad ardua fronte
Sydera supposito tollere monte queat.

Ad Librum.



Ecurus alta emissus i, liber, Turei,
Quocunque Fama te secunda fert aura.
Non tantam (& hoc te iuuerit) trahis molem,
Metuenda sint ve Scart tibi exempla.
Nec degradat quod artifex leui pindus
Minervus pagina addidit, sed atollis.
Aude igitur, aude flabiliis peregrinas
Tentare sumptis etheriis vias alis.
R A N G O N V S Ales, preuius tibi duxor,
Melior volantem Daedalus reget pennam.

THESIVM PHILOSOPHICARVM LIBER L EX LOGICIS.

Dhilosophiz vestibulum, & quasi januam meritò dixeris eam disciplinam, quam alij Philosophiam rationalem ex antiquissima Philosophia divisione, ali modum sciendi ex Peripateticorum Principe Arist. 2. Metaph. cap. 15, ali organū, seu instrumentum disciplinarib, tūm ex alijs, tūm ex ipso Aristotele, si quod non nulli tradiderunt, sūnos ipse logicos liberos inscripsi organū, alijs rationem differendi ex Oratorum primo Philosophorum non ultimo M. Tullio in Partitionibus Oratorijs, & alibi, alijs magis usu receptis, tritisq; nominibus Dialeticam appellant, aut Logicam. Adeam enim primum adeunt quicunq; præstansissimo philosophandi studio cagiantur: in ea dia, multumq; ad omnem definiendi, partiendi, ratiocinandi subtilitatem Philosopho dignam exercentur: per eamdem, ad interiora, & sanctiora quodammodo Philosophia penetralia, occulta, & abdita eiusdem mysteria proprius inspecturi admittantur. Quod cum mecum ipse perpendem, in eam facile veni sententiam, ut à qua disciplina primum ad secretiorem Philosophiam adiutum mihi patefactum fuisse intelligerem, eidem primum in his philosophicis thesibus locum esse tribuendum existimarem. Etenim quando ratio, & cum Christianorum Aristotele, hoc est cum sapientissimo pariter, & sanctissimo viro Augustino lib. 2. de Ordinat. cap. 13. loquar, ad alia fabricanda transherit, nisi ipsa sua prius quasi machinamenta quedam, & instrumenta distingueret, notaret, dirigeret, proderetq; ipsam disciplinam disciplinatum, quam Dialeticam vocant? hæc docet docere, hæc docet discere, in hac se ipsa ratio demonstrat, atq; aperit, quæ sit, quid velit, quid valeat: scit scire; sola scientes facere non solum vult, sed etiam potest.



Logica Nomina, & Diuiſiones. Cap. I.

Logica
nomen.Dialec-
tica
nomenLogica
naturalis
et
artiſ-
cialis.Athena-
eis, &

Voniam nominum cognitio, ut recte inquit Themistius 2. Postea ea 9 in omni inquisitione caput, & origo est ad re eo huius disciplinae naturam inuestigatur, & pro viribus explicatur, ab eiusdem non minus ordiari; inter quae precipua, & magis, ut supra indicavi, vtrata sunt Logica, & Dialectica. Sed Logica nomen, quod optimè in illam quadrat, substantiè sumptum, nec apud Aristotelem, nec apud Platonem, aut alios antiquissimos repræfari multi obseruantur. Nec ratio, syllogismus, aut demonstratio logica apud Aristotelem est ratio, syllogismus, aut demonstratio propria huius disciplinae, sed communis & probabilis tantum, interdum etiam inanis nec logice dicere, aut speculari est dicere ex preceptis, aut de rebus propriis huius disciplinae sed ex communibus, aut probabilibus, aut etiam inaniter. Dialectica autem nomen a Platone quidem in Philebo accipitur pro Metaphysica seu Theologia naturali; ab Aristotele autem interdum sumitur pro tota Logica seu prototoda doctrina differendi, interdum pro sola Topica, seu parte illa Logica, quæ tractat de syllogismo topico, seu probabilitate, ut plurimum vero pro facultate quædam distincta à tota Logica, & omnibus eius partibus, cuius facultatis proprium est de omnibus rebus probabilitatem disputare. Quare ad sermonis ambiguitatem vitandam Logica potius, quam Dialectica nomine vtemur.

A In vniuersum igitur sumpta Logica diuiditur precipue in naturalem, & artificialem in aqualem, & habitualem, in docentem, & videntem, in vniuersalem, & particularem, Logica naturalis nihil aliud est quam humana ipsæ Intellectus (de hominum enim Logica loquimur) quatenus potest aliquomodo circa quo pacto recte differendum sit, etiam si nullam artis notitiam habeat; artificialis est ars quædam seu collectio preceptorum, quani qui tenent, facile, certaque ratione vident quomodo recte differendum sit. Actualis Logica est cognitione ipsa modi recte differendi, hoc est recte definendi, diuide-

di, & argumentandi, sive demonstratiue sive probabiliſter, sive sophistiſe, hoc enim totum apud optimos etiam in latinitate antehoc significat verbum differendi: habitualem vero est habitus, seu habilitas illa, quam habent, qui hanc disciplinam, tenent, ad huiusmodi cognitionem facile, & prompte elicendam.

3 3. Logica docens, seu abſtracta, & auſta à rebus, quo nomine Logica simpliciter prolatu intelligitur, est qua tradit precepta recte differendi: vtrens vero, seu applicata, & concreta rebus interdum dicitur ipsa Logica docens, ut concurredit ad recte differendum extra Logicam docentem, interdum vero, quæcumque disciplina extra Logicam docentem, qua iusta Logica docētis precepta differunt & quæuis Logica vtrens qua in latinis aptius vñitata seu in vñum deducta dicitur vtrisque predicatorum modorum recte futurum, melius tamen fumitur posterior modo: Itaque precepta quæcumque Logica expresse adducta ab alijs disciplinis ad aliquid in ipsius probandum possunt quidem ut recte dici Logica vtrens, seu applicata rebus non tamē à parte rei distinguuntur a Logica docente, sed sunt ipsam Logica docens, quatenus illa vntunt alia disciplinae adducta autem, sive expresse, sive tacite ab ipsa Logica ad aliquid in ipsa probandum, non possunt recte dici Logica vtrens.

4 4. Precepta tamen demonstrationis, quæ trahuntur in libris Posteriorum, tacite applicata rebus alijs à logicis non solum discuntur, & sunt Logica vtrens, sed aliud etiam nomen afflunt, dicunturque, & sunt scientia physica, si applicetur rebus physicis, mathematica si mathematicis, & sic de alijs. Ad precepta syllogismi topici, quæ traduntur in libris Topicorum, & precepta syllogismi sophisticæ, quæ traduntur in libris Elenchorum, tacite applicata rebus quibuscunque, sive ad Logicam docentem sive ad aliam disciplinam spectantibus dicuntur quidem, & sunt Logica vtrens, non rāmen affumens nōmen scietiæ Physicæ, etiam si applicentur rebus Physicis, nec Mathematicæ etiam si applicentur rebus Mathematicis & sic de alijs.

5 5. Nec vero sola precepta demonstrationis tacite applicata rebus ad Logicam non pertinentibus, sed etiam precepta syllogismi topici,

habitu-
ale.Dialecti-
ca rebus.

& sophistici tacite applicata rebus quibuscumque, sive ad Logicam docentem, sive ad aliam disciplinam spectantibus gignunt habitus, si inter se, tum à tota Logica docente, & singulis eius partibus distinctos: nam præcepta demonstrationis applicata, ut diximus, gignunt scientias alias a Logica, sive vero syllogismi probabilitas gignunt habitus opinatiuum, præcepta denique syllogismi sophistici gignunt habitum erroneum. Neque n. ad facile, & recte differendum de rebus omnibus probabiliter sufficit habitus illius partis Logica docentis, que tradit præcepta syllogismi topici, sed requiritur necessarij alius habitus ab illo distinctus, qui est habitus opinatiuum, & ab Aristotele dicitur Dialectica neque ad facile, & recte de omnibus rebus differendum sophistice sufficit habitus illius partis Logica, que tradit præcepta syllogismi sophistici, sed requiritur necessario alius habitus ab illo distinctus, qui est habitus erroneous, & ab Aristotele dicitur Sophistica.

6 Logica vniuersalis à quibusdam dicitur doctrina, que traditur in libris Priorum, ubi ostenditur, quid requiratur ad bonum syllogismum in genere, abstrahendo a materia determinata, in qua fiat: particularis veratio, doctrina, que traditur in libris Posteriorum, Topicorum, & Elenchorum, ubi ostenditur quid requiratur ad bonum syllogismum in particulari, neque diuiso, sic explicata ma- la est, modo intelligatur esse Logica non ad aquatum, sed partialiter sumpta ut ex infra dicendis patet. Alter ab alijs, & recte Logica vniuersalis dicitur tota doctrina Logica que potest applicari omnibus scientiis, particularis vero illa tantum, qua tradit præcepta recte differendi feruenda in definitionibus, divisionibus, & argumentationibus singularium scientiarum in particulari, neminem hanc doctrinam, que solerit etiam dici modis propriis, & particularis procedendi in singulis scientijs, non quidem absolute, sed ex suppositione ad Logicam spectat. Sitamen per modum proprium, & particularem procedendi in singulis scientijs intelligatur ordo doctrinæ, secundū quem hoc prius, illud posterius in singulis scientijs tractandum est, eum tradere in unaquaque scientia in particulari pertinet ad illam scientiam: in omnibus vero scientijs non nisi ad peritiam, hoc est ad collectionem omnium scientiarum.

7 Diuiso Logica in Inventionem, seu partem inuentiam, hoc est rationem inuenienti argumenta, & Iudicium, seu partem

judicium, hoc est rationem accommodandam argumenta ad propositum cocludendum, aut eadem est cum diuisione docentis, & ventis restricta ad rationem argumentandi, aut non magis ad Logicam quam ad aliam quamecumque disciplinam pertinet. Repudia- da vero non est, quia a nonnullis assertur Logica diuiso, in arte veterem, qua continet doctrinam librorum Prædicamentorum, & librorum Perihermenias, quibus addi potest etiam libellus Porphyrii, & arte nouâ, qua complectitur doctrinam librorum Priorum, Posteriorum, Topicorum, & Elenchorum. At alia quia asserti solent diuisiones in tres partes, vel iuxta tres intellectus nostri opera- tiones, vel iuxta tres differendi nodos, an ad- mittendis sint, ex dicendis infra de Logica su- biecto intelligi poterit. Rhetorica tamen, & Poetica non sunt villo modo partes Logica, sed habitus à Logica, & alijs disciplinis distin- cit, quamvis in Rhetorica, vt tradi cosueuit, aliquid sit, quod ad Logicam pertinet, neque vero Rhetorica, aut Poetica sunt proprie, & prese artes, aut facultates, sed scientia, que subduntur non solum Politica, seu Ciuii, ut non nemo dixit, sed etiam, & multo magis Ca- nonica, & Ecclesiastica, multo autem minus Logica pars est Historia.

Logica Causa, Natura, Necesitas. Cap. II.

Fficiens Logica artificia- lis docentis (hanc enim in posterū nomine Logica intelligemus) est intellectus humanus suo tantum naturali lu- mine vvens; Finis vero non recte dicitur esse veri, & falsi iudicium, vt Stoici dixerunt, nec de re quavis probabiliter disputare, vt alijs, sed dirigere operationes Intellectus. Cum enim tres in nobis sint potentia, quæ modum operandi à natura determinatum non habet, sed indiferentes, & determinatae sunt ad be- ne, vel male operandum, intellectus, volun- tas, & potentia, quæ dicitur factitia. seu ex- ecutrix, sicut ad perfecte dirigendas operatio- nes voluntatis inuenta est scientia moralis, & ad perfecte dirigendas operationes potentia factitia inuenta est multiplex scientia factitia, seu ars docens, & architectonica; ita ad

³
Opera-
tiones
intel-
lectus

⁷
Imper-
ficien-
tes op-
erationes
intel-
lectus.

perfecte dirigendas operationes Intellectus inuenta est Logica.

9 Tres autem sunt Intellectus nostri operationes; prima quæ communiter dicitur simplex apprehensio, ab Aristotle. 3. de anima t. 2 i. individualium intellectio, est illa per quam Intellectus noster rem simpliciter cognoscit nihil de illa affirmando aut negando. secunda quæ communiter dicitur iudicium predicatiū, vel affirmatio, & negatio, ab Aristotle 3. de anima t. citato, & sequenti, compositione, & diuisio, est illa, per quam Intellectus iudicat vnuam de alio affirmando, aut negando. tercia, quæ communiter dicitur iudicium illatuum, est illa per quam ex notis ignotum inferuntur. Quæ operationes ita se habent, ut possint quidem esse prima sine secunda, & secunda sine tercia, non possit tamen esse secunda sine prima, nec tercia sine secunda antecedere, ne loquimur prima à secunda, & tercia, sed et secunda, & tercia inter se essentialement differunt, quia tercia interdum sunitur ut proiudicio illatum praeceps, sed pro toto syllologio, de quo infra.

10 Subiacent autem praedictæ Intellectus nostri operationes quinque imperfectionibus, videlicet difficultatibus, quæ agere cognoscimus; ignorantia quæ vel nullo modo, vel non perfecte cognoscimus; confusio, vel obfuscari, quæ per modum totius fine partium in distinctione cognoscimus; innaturalitas, seu peruerxionis ordinis naturalis, quæ alter cognoscimus quæmam natura rei saltet ut non bis cognoscibilis est, postulet; & errori, seu falsitati, & deceptionis, quæ nobis persuademus esse quod non est, vel non esse quod est, quarum imperfectiōnū quatuor priores reperiuntur aliquo modo possunt in omnibus praedictis tribus operationibus, postrema proprie in sola secunda, & tercia. Difficilias autem, quæ interdum cernitur in prima operatione (quidquid sit de ea, quæ interdum cernitur in distinctione, de qua alibi) cum apprehendit esse quod non est, vel non esse quod est, reducuntur ad ignorantiam, atque ad has omnes imperfectiones, quantum humano modo tolli possunt, collendas inuenta est Logica.

11 Difficilias. ab oib. operationib. intellectus tollitur modo dicto per frequētē vsum regularum logicarum rebus applicatarum; ignorantia per scientias ipsdem, regulis comparatas; & confusio per regulas distinctionis, seu divisionis; innaturalitas, partim per regulas definitionis, partim per regulas divisionis, & argumentationis, per quas etiam tollitur error; & ita consequenter per Logicam dirigitur operationes Intellectus, quæ indigent di-

rectione. Atque hic est, ut dictum est, finis Logie non per accidens, qui etiam dicitur finis extrinsecus, & finis scientis, sed per se. duplex tamen cum fit finis per se, proximus, & remotus; proximus finis Logie est dirigere in actu primo operationes Intellectus, hoc est eo gnoere modum recte differendi, seu recte definendi, diuidendi, & argumentandi: remotus vero est dirigere in actu secundo operationes Intellectus, hoc est recte differere, seu recte definire, diuidere, & argumentari in quaevanuam materia.

12 Materia, & forma, non quidem physica (nam haec nullæ in Logica sunt, nisi quod materia in qua est Intellectus) sed metaphysica, hoc est genus, & differentia eiusdem Logie, intelligentur ex eius natura explicatione. Non est igitur Logica habitus eroneus, aut opiniosus, aliusne inclinans Intellectum ad intelligentiam veri, num fallum, sed inclinans ad se per intelligendum verum. Consequenter non est facultas propriæ, & expressæ dicta, quæ requirit tres conditiones, prima est, ut in tractat par tem, seu quod idem est de contrarijs, seu oppositis disputer, secunda est ut ex communibus, & probabilibus procedat, tercia ut non habeat determinatum obiectum, sed per omnibus vagetur. Nec est illius ex quinque habitibus intellectus enumeratis ab Aristotle. 6. Ethicorum cap. 3. hoc est nec Prudentia, nec Intellectus, nec Sapientia, nec Scientia, nec Ars ut sumuntur ab Aristotele, loco citato non ideo tamen non est verè, & propriæ virtus intellectus, & verè, & propriæ scientia, non tamen speculative, ut est illa, de qua Aristotle loco citato, sed practica, non quidem pressa, sed late.

13 Est autem Logica sub una ratione instrumentum, sub alia etiam pars Philosophiae, nec filius tamen Philosophiae, sed aliarum etiam in disciplinarum est instrumentum, & quidem non figurate, & impracticæ, sed verè, & propriæ, sicut volum ratione fuerunt præceptiorum à rebus auctoritorum, sed etiam ratione corundem rebus applicatorum, diuerso tam modo, ut paulo post dicam. Nemo n. potest nisi forte temere, & casu definire, recte diuidere, & argumentari in materiis, quæ Logica indigent, de quibus infra, quin aliquo modo faciat reflectionem ad præcepta recte definientia diuidendi, & argumentandi, quatenus traduntur in Logica, & videat quomodo applicanda sint præfenti materiæ, in qua facienda est definitio, diuisio, & argumentatio, quamvis illi qui valde sunt in differendo exercitati, vix ac ne vix quidem animaduercant se cere huiusmodi reflectionem.

⁴
Logica
scientia

14 Quia triplices fieri potest, vel ad pracepta in abstracto considerata qualia sunt, definitio debet converti cum definitio, diuinitudo et continere omnia nubera diuini &c. vel ad pracepta in concreto, seu applicata aliqui materiae sive vere qualia sunt animal rationale, quia est definitio applicata materia physica; ens vel eff. substantia, vel accidentes, quia est diuinitudo applicata materia metaphysica &c. sive facta qualia sunt argumenta, quia Aristoteles sepe hoc in litteris A.B.C Reflexio tamen ad pracepta in abstracto, illis qui non valde in Logica sunt exercitati, paulo est difficultior, quam reflexio ad pracepta in concreto, preterire vere materia applicata, ut merito in Logica soleant pracepta per exempla vera, sed nota explicari, ut facilius à Logica studiois percipiatur.

15 Sed in praceptis Logicae quocunq; praedictorum trium modorum cognitis, duo sunt distinguenda, nimirum ipsa pracepta secundum se, quae se habent ut obiectum, & cognitionis circa ipsa versans, ita ut cum dicimus pracepta Logicae esse instrumenta ad recte definiendum, diuidendum, & argumentandum, non intelligantur pracepta secundum se, seu secundum à cognitione circa ipsa versans, sed pracepta cognita, seu quod idem est, cognitionis praceptorum. Et iuxta hac intelligendum est quod supra dixi, Logica instrumentum non soli ratione suorum praceptorum ratiōnārum sed etiā ratione eorumdem rebus applicatori. Si quis enim per pracepta rebus applicata intelligere definitiones, distinctiones, & argumentationes, quae sunt in scientijs, & disciplinis sine reflexione, seu cognitione practica argumentationis quidem pracepta ratione antecedentes adhuc esse instrumenta, definitionis autem, & distinctionis non item.

16 Subiectum de quo Logica, quod dicimus etiam subiectum attributionis, & quod omnino diversum est à subiecto in quo intrā afferendo, non est ens rationis in genere, nec ens rationis logicum, sive in concreto, sive in abstracto quilibet modo sumptum, nec voces, nec res omnes, sed operationes intellectus, non tamē dirigitibiles, sed recte, neque haec ipsæ omnes, nec sola de monstratio, nec modus sciendi pro ut solam demonstrationem, & definitionem complectitur, nec solus syllogismus. Licit enim Logica, quam habemus Aristotelis subiectum de quo seu attributionis sit solus syllogismus, cuius terminos simplices tradit in libro Prædicatorum, cui merito præmittitur liber

Prædicabilium, complexos vero, seu enuntiationes in fibris Perihermenias, formam in libris Priorum, materiam circa quā veratur necessaria in libris Posteriorum, probabilem in libris Topicorum; apparētem in libris Elechorum: Logicæ tamen secundum se spectata huiusmodi subiectum est modus recte differendi; subiectum autem seu obiectum formale, quod dicitur etiam ratio formalis sub eius, et idem modus recte differendi superatus sumptus formaliter, ut modus recte differendi, seu quod idem est, sunt operationes Intellectus nostri recte Logica auxilio à rebus australibus quatenus sunt instrumenta recte differendi, seu quatenus sunt directi opera tionum Intellectus. Tamen si autem omnia, quæ diximus subiecta in Logica recte distin guantur, & nomine subiecti Logica abso lute, & sine addito possit recte intelligi tam subiectum in quo, quam subiectum, seu obiectum formale: tamen potius intelligendum est subiectum de quo seu attributionis, quam aut subiectum in quo, aut formale.

17 Nam si ex dictis perfecta Logica definitio colligenda est, ea in hunc modum breuiter tradi potest Logica est scientia instrumen talis de modo recte differendi, & quoniam supra explicavimus per modum recte differendi, intelligenti modū recte definiendi, diuidendi, & argumentandi, quae sunt Logicæ instrumen ta, de his singulis aliquid dicam, si tamen prius quæ sit Logicæ necessitas indicauero. Ut igitur ad scientiam quacumque totalem praestitum ex perfectioribus perfecte acquirendam Logica est necessaria secundum quid seu ad bene esse, hoc est utilitas: ita non est necessaria simpliciter ad quacumq; scientiam partia lem, immo nec ad quamcumque totalem non solum imperfekte, sed etiam perfecte, atque adeo satis facile acquirendam modo particula (perfecte) non extendat etiam ad perfectam solutionem sophismati omnium contrariorum. Est tamen eadem Logica necessaria simpliciter hominibus in hoc statu naturaliter philosophantib; ad omnes ferē scientias totales, sive speculativas, sive practicas, perfectiores, ac nobiliores perfecte comparandas: addita vero est particula (tertia) vt ab huiusmodi necessitate excipiatur, tum Mathematica, tum ipsa Logica secundum aliquid sui par tem sed iam ad Logicæ instrumen ta veniamus.

6
Logie
defini
tio.

7
Nove
scia.

*Logicae Instrumenta hoc eſt,
Definitio, Diuīſio,
Argumentatio.
Cap. III.*

Teſis
menta
Logica

Methodo
dico

Magnam simplicium, cōplexorumque terminorum ſyluam ad hac explicanda praemiti ſolitam, partim hic omitendam, aut potius ſupponendam, partim in tertium librum, vbi eorū nonnulli paulo acutius explicabuntur reij ciendam exiftim, hic tantum dico simpliciū ter minorum affectiones à Logicis communiter, & recte ſex numerari, ſuppositionem, ſtatuum ampliationem, diſtributionem, reſtrictiō nem, & appellationem: complexorum vero terminorum perſectionum, hoc eſt enuntiacionum tres, oppositionem, æquivalentiam, cōuerſionem. Nam verò Logicum instrumentū preſte dicitur, de quo hic ſeruo eſt, nihil aliud eſt quam id, quo tanquam admiculō à Logica inuenit. Inneſcetur vtitor ad recte diſferendum, ſeu ad perueniendum ex notis in cognitionem ignoti. Quid non ſolū: argumentationem, ſed etiam definitiōnē, & diuīſionē à Logica traditi, diuerſo tantum modo cenenit; alij non conuenit.

19 Methodus enim, quam aliqui ut diſtin-
ctum recte diſferendum instrumentum nume-
rant, interdum ſumitur pro ordine decreti-
na in tradiendis ſcientijs, & disciplinis ſeruando, qui in eo conſiliit, vt ea prius traſtentur,
qua neceſſaria, et vel vilia ſunt ad cognitionē
aliorum poſtea traſtantur, & diuidit
cor muner in ordinem compositiūm, ſeu
collectiūm, ſecundūm quem ad principijs ad
principiatum, & à partibus ad totum pro-
gredimur, & ordinem reſolutiūm, ſeu diui-
tiūm, ſecundūm quem ad principiato ad princi-
pijs, & a toto ad partes procedimus. Interdū
verò ſumitur pro modo definitiōnē, diuidēdi, &
argumentandi ſue à rebus abſtracto, ſue
rebus applicato, interdum denique ſunt itur
pro ipſis ſcientijs, & disciplinis, qua ſunt
methodi, & modi definiendi, diuidendi, & argu-
mentandi vtuntur, aliquando ab Aristotele
dicuntur methodi, ac primo quidem, & ter-
tio modo methodus non eſt recte diſferendi
instrumentum, niſi quatenus nomine ſcien-
tia, & disciplina comprahenditur etiam Lo-

gica: ſecundo autem modo eſt quidem recte diſferendi instrumentum, ſed non diſtinguitur à tribus ſupra enumeratis, etiam explican-
dis, iñiitio facta à definitiōne.

20 Definitio igitur ex Aristotele primo To-
picorū cap. 4. eſt oratio quod quid erat eſſe
ſignificans, hoc eſt oratio explicans naturam
ſeu eſſentiam rei: & dupliſter accipi ſolit
aliq[ue]ndam quidem pro oratione imperfetta,
qua diſtincte ſignificatur eſſentia rei, vi, cum
diciamus animal rationale, qua eſt maxime
propria definitiōnis acceptio, aliquando ve-
ro pro oratione perfecta, qua definitio de
definito, ſeu eſſentia diſtincte accepta de eo,
cuſius eſt eſſentia, praedicatur, vt cuſi diciamus,
homo eſt animal rationale, que non tam eſt
definitio, qua propoſitio definitiā. Et hoc
poſteriori modo iſdem interdum terminis
conſtat definitio quibus demonstratio, quod
tunc fit, cum propositioni definitiō additur
alia definitiōis cauſa, vt cum diciamus ho-
mo eſt animal rationale ad beatitudinē con-
ditum, quam proinde definitiōne merito
Aristoteles, ſecundo Poſteriorum, t. 10 dicit
eſte oratione ſignificantē prepter quid eſt,
& tanquam de reſtrictionem iþius quid eſt
poſitione diſferentem.

21 Utrolibet autem praedictorum modoruſ
ſumatur definitio eſſentialis, & ſimpliſter ſic
dicta, alia dicitur eſte physica, qua traditur
per partes eſſentiales physicas, hoc eſt per
matem, & formam physicam, alia meta-
physica, qua traditur per partes eſſentiales
metaphysicas, hoc eſt per genus, & diſter-
tum, ſue ſit geruſ proximum, ſue remotum
ſue etiam remotum omne ſimil, & proxi-
num, quanquam melius ponatur ſolum pro-
ximum. Ad definitiōne tamen eſſentialē
reuoſcantur etiam illæ, qua loco diſtinctiæ
continent tantum aut matem propriam
aut formam propriam definiti, vt ſi dicas, ho-
mo eſt compoſitum ſubſtantiale, cuius ma-
teria eſt corpus rectum, vel cuius ferma eſt ani-
ma rationalis; & ille, qua levo diſtincta co-
ntinent partes integrantes, vt ſi dicas, Reſpu-
blica eſt communitas ex facrorum ministris,
nobilibus, & plebe conflans, que etiam deli-
nitio nominis, quam Logici nunc interpreta-
tionem, nunc definitiōne, quid nomiſit vo-
cant, & à nomini ſotatione, ſeu ethy mol-
gia diſſert, poterit diu eſſentialis, quatenus
per illam eſſentia non iaiſ, qua in significa-
tione conſlitit, explicatur.

22 Duo autem coniunctam, & recte ex Pla-
tonice in Sophista, & Phaidro, & Aristotele ſe-
cundo Poſteriorum cap. 9. traſcantur modi

inuestigandæ definitionis, alter per diuisio-
nem, seu resolutionem, alter per compositio-
nem, seu collectionem, per diuisiōem seu re-
solutionem inuestigatur definitio, quando ac-
cipitur supremum genus rei definendæ, &
eo r̄sque per essentiales differētias diuiditur,
donec ad differentiam propriam rei defini-
tæ perueniat. Per compositionem vero,
seu collectionem inuestigetur eadem defini-
tio, quando accipiantur inferiora rei defini-
tæ, & considerantur ea, in quibus inter se dif-
ferunt, & ea in quibus conuenient, tum reli-
ctis ijs, si quibus differunt, a sumuntur ea, in
quibus conuenient, quæ simul cū genere pro-
ximo dabunt illius rei definitionem. Horum
duorum modorum inuestiganda definitio-
nis, prior est communior, facilior & certior,
posterior autem inventionis ordini est acci-
modiator, aduentendum tamen in posteriori
modo, vt id in quo inferiora conuenient, sit
aliquid, quod illis conuenient essentialiter, alio
qui definitio non erit essentialis.

23 Leges, seu præcepta bonæ definitionis
sunt quatuor. Primum est, vt definitio non
tradatur ex ignotoribus, aut ex quæ ignotis
sed ex notioribus, quam sit definitum. Se-
cundum est, vt definitio sit propria definiti,
hoc est nec latius nec minus late pateat, quæ
definitum, sed cum illo reciprocetur, seu illi
tantum, & non alijs conueniat. Tertium est,
vt nihil definitioni desit aut superfluit. Quartū
est, vt definitio sit brevis. Discriminamen-
tes inter haec quatuor præcepta, quod defi-
nitio imperfecta quidem, non tamen nul-
la, defectu autem diuorum priorum, aut vnius ex
ipsis, nulla est. Atq; hac omnia præcepta
communia sunt, tam definitioni essentiali, de-
qua haec tenus locuti sumus, tum definitioni
accidentalii, seu descriptioni.

24 Quæ ex Aristotele primo Tropicorūc. 4.
definiri potest oratio non significans quod
quid erat esse rei, sed aliquid, quod soli inter-
& conuersum de re predicatur: vel paulo clari-
rū, oratio que explicat quidem essentiam
rei, per aliquid accidentale, & duplex est
altera que dicitur accidentalis, altera que
causalis, quamvis etiam causalis dici possit
accidentali. Descriptio accidentalis est ora-
tio explicans essentiam rei per genus, & vna
proprietatem, vel per plura accidentia com-
muniua que cum re descripta conuentantur.
Ad proprietatem autem reducuntur etiā dif-
ferētia respectu generis, cuius sunt differē-
tia modo sumuntur sub diffunctione, vt si
dicitur animal est viuens rationale, aut irra-

tionale, sumpto viuente ut sumitur in praedi-
camento substantiæ, & irrationali proposito
oppoſito rationali. Descriptio causalis
est oratio explicans essentiam rei per genus,
& vnam, vel plures rei causas extrinsecas, ita
vt cum re descripta reciprocetur, descriptio
nes autem à circumstantijs, & adiunctis, quæ
apud Oratores, Historicos, & Poetas frequen-
tes sunt, elegantes illæ quidem sunt, sed ad
propriam rei naturam explicandam, & ad
argumentandum ut plurimum sunt inutiles.
Ihidem autem duobus modis, quibus inuesti-
gari posse diximus definitionem, inuestigari
potest etiam descriptio. aduentendum tam
en in priori modo ad inuestigandam descri-
ptionem non esse dividendum genus per dif-
ferentias essentiales, sed per accidentiales, in po-
steriore vero id, in quo inferiora conuenient
non debere esse illis accidentiales, sed essenti-
ales. Atque hoc de definitione tum essentiali,
tum accidentalii, seu descriptione.

25 Diuīsio est oratio, qua totum in suas par-
tes diuiditur, seu explicitas partes alicuius-
tatis, ac totum, quidem quod diuiditur,
appellatur à logica diuīsum, partes autem in
quas diuiditur, appellantur membra diuī-
dencia, seu diuīsions, & diuīsio etiam inter-
duum accipitur pro oratione explicante par-
tes totius, qua est maxime propria diuīsionis
acceptio, interlum pro oratione, qua huius-
modi partes predicantur de suo toto, qua po-
tius est propositio diuīsia, quam diuīsio. In
vouerium autem ut septem distinguntur
genera tororum ita sepe in distinguunt
genera diuīsionum. Primum est totius nomi-
nalis hoc est vocis multiplicis, in sua signifi-
cata. Secundum totius integralis preſe, &
proprie diicti, qd scilicet est formaliter quā-
tum, & diuīſibile. Tertium totius integralis
latius diicti, quod scilicet nō est formaliter,
sed tantum virtualiter quantum. Quartū
totius essentialis physici. Quintum totius es-
sentialis metaphysici. Sextum totius vniuer-
salis, seu potentialis. Septimum totius acci-
dentalis. Tripliciter tamen fieri potest diuī-
sio totius accidentalis; aliquando enim diuī-
ditur subiectum in accidentia, vt cum dici-
mus homini alius est niger, alius albus, &c.
Aliquando accidentis in subiecto, vt cum dici-
mus, alborum alius est nix, alius lac &c. Ali-
quando accidentia in accidentia, vt cum dici-
mus alborum, alius est durū alius molle, &c.
Atque ad has reuocari possunt omnes aliae di-
uīsiones per accidentis.

26 Leges, seu præcepta bonæ diuīsionis sunt
quatuor; Primum est ut singula membra di-
uīdencia

uidentia minus contineant, quam diuīſum, omnia vero ſimil ſumpta diuīſo adsequetur. Secundum eſt, vt diuīſio ſiat in membra diuidentia proxima, ſi fieri poterit, hoc eſt niſi proxima ignota ſint, tunc enim facienda eſt per remota. Tertium eſt, vt ſi membra diuidentia pauca ſint, omnia numerentur, ſi vero multa, vnde aut altero nominato, reliqua negatione aliqua significetur. Quartum eſt, vt membra diuidentia ſaltem virtute ſuar contra diuidentia. Atque haec de Diuīſione.

Migne - menta
116.

27 Argumentatio reſt intelligi non potest, niſi prius intelligatur quid ſit argumentum preſte ſumptum, ut ab argumentatione aliquo modo diſtinguitur: latius enim ſumptu haec duo conſiduntur. Argumentum igitur, quod alio nomine medium, & medius terminus appellatur, nihi aliud eſt quam inuenit, ſeu excoſitatum quid ad faciendam ſedem, ſeu ad aliquid probandum. Argumentatio vero auctore Tullio in Partitionibus, eſt argumenti explicatio, intellige, non quae cunque, led talis, vt ex argumento aliquo aliud conſequi denotet, quam obrem argumentatione clariuſ definiri potest, oratio, qua vnum ex altero conſequi, leuſi inferri denotatur, ex qua definitione patet ad argumentationem duas ut minimum requiri enuntiationes, in qua vna ponatur argumentum, ſeu medium, in altera, id quod ex argumento, ſeu medio conſequitur. Illa autem enuntiatio, in qua ponitur argumentum, ſeu medium dicitur antecedens, altera in qua ponitur id, quod ex argumento, ſeu medio conſequitur, dicitur conſequens, in ter qua intercedit quodammodo conſequentia, quaenam illi aliud eſt, quam ipſum conſequi unius ex altero, conſequens videlicet ex antecedente, qua conſequentia exprimitur per particulam (ergo) qua idcirco dicitur nota illationis, vel per aliam aequalitem.

28 Et quamvis conſequentia a conſequente ſic ab illa denominata ita diſtinguitur, vt in multis argumentationibus poſſit dari conſequentia vera, & conſequens falſum vel e contrario, atque ita poſſimus duplex realiter diſtinctum formare iudicium, alterum de conſequente ſecundum ſe, vt quadam enuntiatio eſt, alterum de conſequentiā; non ideo tamē cum argumentum neceſſe eſt facere, aut communiter facimus huiusmodi duplex iudicium, ſed vnam, & idem, quod proprie diciatur iudicium illatium, quo iudicamus conſequens dependerit ab antecedente, hoc eſt prædicatum, & ſubiectum in conſequente conexa, aut non connexa eſſe inter ſe, mediane conneſſione, aut non conneſſione corundem

cum medio termino in antecedente, ita ut direcete feratur huiusmodi iudicium, indirecete in antecedens.

Argumentationis species, hoc eſt Syllogismus, Enthymema, Inductio, & exemplum.

Cap. IV.

29  Argumentationis ſic expli-
cate, quatuor ſunt spe-
cies, ſyllogismus, enthymema, induc-
tio, & exem-
plum, quamvis Aristote-
les enumerans species ar-
gumentationis, ſepen-
tero noſi ſyllogismi,
& inductionis mentione faciat, qua enthym-
ema eſt imperfectus ſyllogismus, exemplū
autem imperfecta induc-
tio ut inſra. Primum
autem de ſyllogismo prima ac praefatiſi-
ma argumentationis ſpecie agendum eſt. ſyl-
logismus igitur ex Aristor. I. Priorum cap. 4.
eſt oratio, in qua quibusdam poſitris, alterum
quid a poſitis neceſſe eſt contingere eo quod
haec ſint. breuius autem, eſt argumentatio, in
qua ex duabus præmissis enuntiationibus in-
feruntur tertia, & diuiditur, tum ratione mate-
riæ ex qua conſtat, tum ratione formæ, tum
ratione materiæ circa quam veratur.

30 Ratione materiæ ex qua conſtat, diuidit-
ur in ſimplicem, & hypotheticum, ſimplex
rurſus in abſolutum, & modale. ſyllogismus
ſimplicis eſt in quo omnes enuntiationes ſunt
ſimplices, hypotheticus eſt in quo vtraque,
vel ſaltem vna præmissarum eſt enuntiatio
hypothetica. Abſolutus eſt, in quo omnes enu-
tiationes ſunt abſolutæ. Modalis eſt, in quo v-
traque, vel ſaltem vna præmissarum eſt enun-
tiatio modalis. Ratione vero formæ, ita diuidi-
tur, ut aliud ſit ſyllogismus primus, aliud ſe-
condus, aliud tertius figura, idque varijs modis, de
quibus paulo poſt. Ratione denique materiæ,
circa quam veratur, diuiditur in demonstra-
tium, ſeu necessarium, topicum, ſeu probabi-
lem, ſophy ſticum, ſeu apparentem, de quibus
inferius.

31 Materiæ, ex qua conſtat ſyllogismus ab-
ſolutus, proxima quidem ſunt enuntiationes
remota vero ſunt termini, hoc eſt ſubiectum,
& prædicatum, ex quibus componuntur enud-

ciatio.

ciationes: nomine enim termini non intelligitur copula, quæ est forma enuntiationis, sed subiectum, & praedicatum. tribus autem dumtaxat diuersis terminis, hoc est maiori extremo, minori extremo, & medio, tribusque enuntiationibus, hoc est duabus propositionibus, seu præmissis, quarum altera dicitur major, altera minor, & vñica Conclusione constare debet omnis absoluti syllogismus.

Forma eiusdem syllogismi absoluti nihil est aliud quam ordinis dispositio, siue terminorum, siue enuntiationum, ex quibus constat, quæ ut bona sit, constare debet ex figura, & modo syllogisticus. Figura syllogistica est medijs termini cum duobus extremis ad conclusionem inferendam apta colloccatio: modus syllogisticus est propositionum quod ad quantitatem hoc est uniuersalitatem, & particularitatem, & quo ad qualitatem efficiat, hoc est affirmationem, & negationem ad conclusionem inferendam apta dispositio.

32. Figura Syllogistica tres sunt: prima est in qua medius terminus subiectus in maiori propositione praedicatur in minori: Secunda in qua medius terminus praedicatur tam in maior, quam in minori propositione: Tertia in qua medius terminus subiectus tam in maior, quam in minori. Quarta autem figura, quæ Galeni dicitur, in qua medius praedicatur in maioris propositione, & subiectus in minori, non est admittenda ut figura distincta, sed reuocanda ad primam cuius tantum præmissas transponit, siue directam, siue indirectam colligat conclusionem. Modus syllogisticus in prima figura recte dicuntur ei se nouem, quatuor directi, & unusque indirecti, in secunda quatuor directi, interterius sex item directi, qui omnes actiones indicantur vulgatis verbiis, Barbara, Celaret, &c. esto alij indirecti, sed minus vñstiterum in primatum etiam in secunda, & tercia figura esse possint. Illi autem dicuntur modi directi, in quibus inferunt conclusio directa, & naturalis, ad quam scilicet naturali impulso ferimus, quod aliqui tunc fieri dicuntur, cum manus extrellum de minori conciliat: sed clavis dicitur fieri, cum inferunt pro conclusione propositione illa, quæ erat quæstio, illi indirecti, in quibus inferunt conclusio indirecta, & innaturalis, ad quam scilicet naturali impulso non ferimus, quod aliqui tunc fieri dicuntur, cum minus extrellum de maiori conciliatur, sed clarus dicitur fieri cum non inferunt pro conclusione propositione illa, quæ erat quæstio, sed illius conuertens.

33. Regulæ communes omnibus figuris sunt quatuor, Prima est, ex præmissis particularibus nihil vi forma concluditur. Secunda, ex duabus præmissis negatiuis nihil vi forma concluditur. Tertia, si altera præmissarum fuerit particularis, conclusio etiam debet esse particularis. Quarta, si altera præmissarum fuerit negativa, conclusio etiam debet esse negativa. Prater has quatuor regulas, sex alia sunt precepta omnibus figuris communes, quæ licet ex prædictis regulis, & alijs supradictis colligi posint, maioris tamè claritatis gratia hic subiicientur. Primum est ut medius terminus in altera saltene præmissarum completere distribuantur, hoc est sumatur vniuersaliter pro omni re, pro qua sumere potest. Secundum, ut nullus terminus, qui non futuris distributus in præmissis distribuantur in conclusione. Tertium, ut maius extrellum in postum in maiore propositione, neque secundum rotum, neque secundum partem repetatur in minore Quartum, ut medius terminus positus in præmissis, neque secundum rotum, neque secundum partem repetatur in conclusione. Quintum, ut nihil ponatur in conclusione, quod positum non fuerit in præmissis. Sextum, ex quo pendent nonnulla ex prædictis, vt seruentur semper eadem affectiones terminorum, ita ut non aliter supponantur, aut amplientur, aut restringantur &c. in præmissis quam in conclusione.

34. Prima autem figura peculiares regulæ duas sunt. Prima, quæ communis est etiam secunda figura, est, ex maiori propositione particulari nihil sequitur. Secunda, quæ communis est etiam tertia figura, est, ex minori propositione negativa nihil sequitur. Socia est figura item duas. Prima quæ communis est prima figura, ut diximus, est, ex maiori propositione particulari nihil sequitur. Secunda quæ propria est secunda figura, est, ex duabus præmissis affirmatis nihil sequitur. Tertia figura via regula communis est primæ figura, ut diximus, est, ex minore propositione negativa nihil sequitur. Nobilissima vero inter prædictas figuras, & sex Aristotele i. Posteriorum textu 31. maxime scientiæ est prima. omnes autem habent principia, quæ dicuntur regulatiua, hoc est prædictata, seu axiomatica quadam lumine naturali nota, ex quibus supra dicta ipsorum regulæ, & vis omniclasse inferenda conclusionis in ipsis pender, ita ut si negetur illatio, seu consequentia ex huiusmodi principijs evidenter probari possit.

Sicut autem tres ſunt diuersæ figure, vt diximus, ita ſunt diuersa principia regulatiua.

³
Etinci
pia re
gulati
na fi
gura
rum.

35 Principium regulatiuum prime figure appellatur dictum de omni, & dictum de nullo, quod Aristoteles primo Priorum ca. i. ita explicat, vt dictum de omni, & de nullo fit quando predicatum ita predicitur de aliquo ſubiecto, vt nihil poſit accipi ſub illo ſubiecto de quo idem predicatum non predicitur: ab alijs vero in hunc modum, Quidquid affirmatur vel negatur de aliquo toto vniuersali distributiuē complete recte etiam affirmatur vel negatur de omnibus, & singulis contentis ſub illo. Quod principium licet ratione affirmationis, & negationis ſit duplex ratione tamen euidentia, que in vitroque eadem ſeu omnino ſimilis eft methodo conſetur unum: coequ regulari dicitur prima figura vel in actu exercito cum videſice aliquis ſcienſ dictum principium, nulla illius facta mentione, tacite exerceit quod fecit in illo contineri: vel in actu ſignato, cum videſice aliquis expreſſe signat, ſeu indicat, & profert dictum principium ita ut illo utratur ad probandum aliquiſ alicui conuenire, vel non conuenire, aut aliquem ſyllogiſtum prime figure recte concludere. Quod idem proportionatice intelligentium dum eft de principiis aliorum figurarum.

36 Principium regulatiuum secunda figura eft, quidquid repugnat consequenti, repugnat antecedenti. In quo principio nomine consequenti intelligitur predicatum quod necessario conſequitur ad aliud, ſeu ita eft cum alio connexum, vt illo alio poſito, neceſſario etiam ipſum ponatur: nomine vero antecedenti intelligitur id, ad quod tale predicatum neceſſario conſequitur, vt dictum eft, quomodo genus, diſferentia, tota definitio, & proprietas alterius rei dicuntur conſequentia illius rei, res autem illa dicitur antecedens.

37 Principium regulatiuum tertia figura eft, Quia ſunt eadem vni tercio, ſunt eadem inter ſe, & quia non ſunt eadem vni tercio, non ſunt eadem inter ſe. Quod principium eadem ratione duplex, & viueum dici potest quo principium prime figure, quonodo autem hoc principium habeat aut non habeat locum in Sanctissima Trinitate Theologis explicandum relinquimus optime deſendentibus nihil ex eo colligi contra illud altissimum fidei mysterium. Aduerendum tamen eft vnumquodque predicatorum triū principiorum illi figura tribui, in qua illius

vis maxime appetat, ſed non ideo negari, quin principium primæ figure appetat etiam in omnibus modis ſecunda, & tertiae principium verò ſecunda in omnibus modis negatiui primæ, & tertie principium deniq; tertia in omnibus modis primæ, & ſecunda.

38 Non omnes autem ſyllogiſti, qui in predictis tribus figuris confici poſſunt ſunt aque perfecti, vt merito dicantur alii eſe perfecti, alii imperfecti ſeu minus perfecti. Syloſiſti perfecti ſunt qui nulla re indigent, vt eorum concludendi neceſſitas omnino euidenter appetat, cuiusmodi ſunt tantum quatuor modi direkte primæ figura: Imperfecti ſunt illi, qui ut certim concludendi neceſſitas omnino euidenter appetat, vna te vel pluribus indigent, & huiusmodi ſunt reliqui omnes modi omnium figurarū. Qui licet fatis probari poſſunt experientia, qua conſtat eos eadem ſeruata forma in quacunq; materia ſemper bene concludere; treſ tamen alia ſunt compendiosiores, & tuitiones illos probandi rationes. Prima dicitur probatio per deductionem ad imposſibile. Secunda ſtatua per oſtentia. Tertia probatio per expoſitionem.

39 Probatio per deductionem ad imposſibile, quæ ad probationem ex hypothefi ſen ex ſuppoſitione reducitur, tunc fit, quādo ex contradictione alicuius conſuſionis veræ, ab aduersario tamen negata, & ex alia euidenter vera deducimus aliquid, quod ſit imposſibile, quod ille ne admittat cogitat negare quod conſeffat, & concedere, quod negaverat. Et hoc modo probari poſſunt omnes modi imperfecti, immo & perfecti, ſi qui in illis etiam confeſſio pramisis, conſequentiam negaret. Probatio oſtentia, quæ etiam dicitur oſtentia reductio modorum imperfectorum ad perfectos, tunc fit quando ex praemissis ſyllogiſti imperfecti per vtrinque, vel alterius tantum praemissę conuersionem, vel etiam ſine conuersione illa per ſyllogiſtum aliquem perfectum infertur conclusio ſyllogiſti imperfecti, vel conuerta illius, ex qua deinde per conuersionem infertur eadem conclusio ſyllogiſti imperfecti, & hoc modo probatur omnes modi imperfecti exceptis Bartaco, & Bacardo, vt litteris corintheni verſiculoru Barbara, celarent, &c. artificiis indicatur. Probatio per expoſitionem tunc fit, quando ſyllogiſtus imperfectus reducitur ad ſyllogiſtū expofitorum.

⁴
Syllo
giſti
ſimi
ſecunda
tertia
perfe
cti.

Syllo-
gismi
exposi-
torum.

Syllo-
gismi
ex obli-
quis.

Syllo-
gismi
rati-
onales
faculta-
tates.

Syllo-
gismi
hypoth-
etici.

40 Dicitur autem syllogismus expostorius ille, qui constat medio termino singulari, qui cum sit evidenterissimus rem quodammodo sensibus videtur exponere: & duplex est, alter, qui non solum constat medio termino singulari, sed etiam virtus praemissa singulari, alter, qui solum medium terminum habet singularum, & uterque in omnibus tribus figuris recte concludit aliquot modis, quos, siue & eos, quibus recte concludit syllogismus modalis pluribus hic verbis non persequatur. De syllogismo qui dicitur ex obliquis, quia constat ex terminis obliquis, hoc est in casu obliquo positis, multi tradi solent praecipita, sed hoc unum potest esse instar omnium, ut si quando incidat huiusmodi syllogismus de quo dubium sit an concludatur nec, vel si certum sit non concludere, incertum tamen sit, quare non concludatur, propositiones obliquas seruato eodem sensu reducantur ad regulas: sic enim omnis dubitatio, & incertitudo tolletur.

41 Syllogismorum simplicium, de quibus haec tenus locuti sumus facultates, seu potestas ab Aristotele. 1. Prioris sex numerantur. Prima est plura concludendi. Secunda verum ex falsis colligendi. Tertia circulariter syllogizandi, dicitur autem circularis syllogismus ille, quo ex alterius syllogismi conclusione, & conuerente rursum praemissa inferunt altera praemissa. Quarta conuersio syllogizandi, dicitur autem censensus syllogismus ille, qui ex contradicitoria, vel contraria altius syllogismi cum altera praemissarum inferunt contradictriorum, vel contraria alterius praemissae. Quinta syllogizandi per impossibile, quod tunc sit cum ex contradictria eiunctaque propositiones vera negata: cum altera praemissa evidenter vera, inferunt prepositio evidenter falsa. Sexta syllogizandi ex oppositis, quod tunc sit, cum ex duabus contrariis, vel contradictriorum, ab aliquo proteruo admisisse inferunt conclusio, eua idem de se ipso negatur.

42 Et syllogismo coniuncto, seu hypothetico, qui quid sit supradictum est, hoc tonunt, etiam cum triplicem esse conditionalem, copulatiuum, & disjunctiuum, iuxta triplicem propositionem hypotheticam, ex qua huiusmodi syllogismi confici potest, conditionalem copulatiuum, & disjunctiuum: & eorum unumquemque certas habere regulas, quibus seruatim semper recte concludit.

43 syllogismus demonstratus, seu necessarius, qui dicitur etiam dempulsatio, prima, & perfectissima syllogismi species, est illa, qui constat ex virtus praemissa necessaria cognita necessaria infra magis patebit, ubi fuisse de illo agetur. Topicus vero seu probabilis, qui dici solet etiam syllogismus dialecticus, ille qui constat virtus, vel in altera praemissa probabili, vel necessaria quidem, sed putata tantum probabili. Duplex autem est syllogismus Topicus, seu probabilis: unus, qui nititur ratione, hoc est pro medio termino haber rationem: alter, qui nititur auctoritate, hoc est pro medio termino adducit alium, vel aliquorum auctoritatem. Et quamvis uterque opinionem tantum gignat, maximas tamen habet vtilitates, quarum tres indicat Aristot. 1. Topica: illis verbis, cum sit hoc negotiorum vtiliae esse ad exercitationes, ad colloquia, & ad eas, quae secundum Philosophiam sunt disciplinas. Eodem pertinet, quod idem Aristoteles habet 1. Rhet. cap. 1. vbi qui probabilitatem inquit, facile conjectura consequitur, is & ad veritatem similiter se habet. & quod 3. Met. cap. 1. pluribus rationibus probat, operatum esse aliquid facultatis habere voluntibus, hoc est ijs, qui veritatis compotes efficiunt, bene dubitare, hoc est diligenter, & accurate rem in virtus partem: quod non nisi probabilibus argumentationibus fieri potest examinare.

44 Ut vero syllogismis Topicis, seu probabilibus, cum opus est, ut plurimum, locos nosce oportet unde argumenta topica, seu probabilita eruantur, qui loci, seu scies, & receptacula argumentorum sunt, duplicit generis, ali enim continent locos, que recte ab Arist. 1. Rhet. & vocantur *loci*, hoc est artificia, a Cicerone vero in Partitionibus, inita, ali continet argumenta, quae ab Aristotele recte dicuntur *loci*, à Cicero remota, & assumpta. Prioris generis loci ab alijs pluribus, ab alijs pauciores statuuntur, sed viginti non incommodè statui possunt, nempe Descriptio, Notatio, Conjugata, Partes, Tota, Causa, Effecta, Antecedentia, Consequentia, Pracurrentia, Comitantia, Subsequentia, Similita, Dissimilita, Maiora, Minorata, Paritia, Opposita, Repugnancia: Posterioris vero generis duo, authoritas scilicet diuina, & humana.

45 Ac licet non in omnibus omnino rebus, de quibus quaslibet institutur, prae dicti omnes loci reperiantur, ut plurimum tamen

Syllo-
gismi
demon-
strati-
vus.
10
Syllo-
gismi
Topicus.

in omnibus vel proprietate, vel proportione quae
dam reperiuntur, ut non immixtum tam Rhe-
thores, quam Logici monent rem aliquam
accurate intelligere volenti scrutando esse
omnes locos, & querenda ex omnibus argu-
menta. Non ideo tamen praedicti loci dicun-
tur loci probabilium argumentorum, quia ex
illis probabilitate tantum argumenta erueri li-
ceat. Ceteris enim etiam demonstrativa
sepe ducuntur, & ex omnibus sophistica fu-
mi potione sed quia probabilis, quorum
maximum vius est, ingenio continent syllo-
gum autem sua singulis maxime, seu pronun-
tiata, quibus cum ab ijs argumentamur, ex-
prefse, vel tacite vniuersum.

**syllag.
sophis.**

46 Syllogismus sophisticus, seu apparet,
qui ab Arist. dicitur etiam sophysma, & syl-
logismus contentiosus seu litigiosus, à latini-
capio, fallacia, cauillus, & cauillatio, est ille,
qui aut constat ex vtraque vel falso altera
præmissa falsa, sed apparente vera vel pro-
babili, aut ex præmissis veris, vel probabilis.
videtur aliquid verum, vel probabile collige-
re, nec tamen colligit. Hinc primo diuiditur
in eum, qui mentitur demonstrationem, hoc
est constat ex vtraq; vel altera præmissa fal-
sa, sed apparente vera, qui propriè dici solet
Pseudographus, & in eum, qui mentitur syl-
logismum probabilem, hoc est constat ex
vtraque, vel altera præmissa falsa, sed appa-
rente probabili, & solet propriè, & preſe di-
ci sophisticus. Secundo diuiditur in eum, qui
peccat ratione solius materiæ, & in eū qui pec-
cat ratione solius formæ, & in eum qui pec-
cat ratione vtriusque. Tertio diuidi potest
in quinque membrum iuxta quinque fines, seu
metas, quas fibi, sophista proponunt, & sunt
quinque incommoda, de quibus Aristot. 1.
Elench. cap. 3. ad quæ sophystæ aduersariū
conantur adīgere, nempe *languor*, id est re-
dargutio, fallum *magistrum*, id est inopinabile,
seu invenitio, *Solecio*, & *Nugatio*.
Quarto diuidi potest in tredecim membra
iuxta tredecim locos, è quibus sophistata
de promuntur, qui loci nomen argumento-
rum, quæ ex ipsis deponuntur, capitones &
fallacia dicuntur. Sunt autem huiusmodi fal-
lacia partim in verbis, partim in rebus. fal-
lacia in verbis ex. Aristot. 1. Elench. cap. 3.
sunt quinque, Equivocatio, Amphibologia,
Compositio, Diversio, Accentus, Figura
dictionis, hoc est similitudo dictorum. Fal-
lacia in rebus ex eodem. 1 Elench. cap. 4. sunt
septem. fallacia accidentis, fallacia secun-
dum quid, & simpliciter, fallacia ignoratio-
nis Elenchi, fallacia consequentis, fallacia

petitionis principij, fallacia non causa, vt
causa, fallacia plurium interrogacionum,
vt viuis, quæ paucis hic sunt explicanda.

47 Fallacia accidentis ortum habet ex
coniunctione accidentis, unde & uomen
habet, cum subiecto, ex quo sit vt quid
quid eorum vni conuenit, vel non conuenit,
alter etiam conuenire, vel non conuenire
videatur, quod tamen est falsum. fallacia
secundum quid, & simpliciter tunc acci-
dit, cum id, quod aliqui conuenit, vel
non conuenit secundum quid, colligitur illi
conuenire, vel non conuenire simpliciter,
aut è contrario. Fallacia ignoratio-
nis Elenchi seu redargutionis dicitur il-
la, cuius struendæ occasione sophista su-
munt ex ignorantia, qua quis te necur con-
ditionum, qua requiruntur ad veram
contradictionem, quārum aliqua prater-
missa videntur aliquam contradictionem
inferrere, quam vere non inferunt. Sunt
autem huiusmodi conditions, vt aliquid
dicatur esse, & non esse eodem tempore,
vel instanti, & loco, eodem modo, secun-
dum eandem partem, si partes adiungit, &
respectu eiusdem. Fallacia consequentis
tunc committitur, cum in terminis non con-
uerribilibus ex consequente colligatur an-
tecedens, vel ex opposito antecedentis op-
positum consequens, quod non licet
nisi in terminis conuerribilibus, intelli-
gitur autem hic nomine, oppositi contradi-
ctoriorum. Fallacia petitionis principij
est, cum probatur idem per idem. Inclu-
gitur autem hic nomine principij, con-
clusio, quæ ideo dicitur principium, quia in
principio disputationis proponitur, & tunc
dicitur peti, cum ad ipsam probandum ipsa-
met, licet sub alijs verbis a sumitur, & quasi
exigitur. Fallacia non causa vt causa tunc
enuit, cum aliquis effectus tribuitur alieni
causa, quæ non est vera illius causa. Fallacia
denique plurium interrogacionum, vt viuis
tunc locum habet, cum proponuntur plures
interrogationes, ac si esset viuax quo ht, vt
qui vnicam dat respondentiam sive affirma-
tiuam, sive negatiuam decipi posset.

48 Enthymema, Inductio, & Exempli, quæ
tres sunt reliqua argumentationis species, vt
aliquid concludendi vim habeant, ad syllo-
gismum neceſſariò reduci debent, à quo vim
omnem accipiunt. Quare quid evrā vtriaque
sit, & quomodo ad syllogismum reduc-
atur, est explicandum. Atq; enthymēa & qui-
dem nihil aliud est quam syllogismus altera-
cens præmissa utrilibet illa sit.

Hinc sunt, qui velint dictum esse enthema quod hoc est in animo resideat premissa illa, qua exterius in voce aut scripto caret. Quanquam alia alia placet, huius nominis interpretatio. Ab Aristotele secundo Priorum ca. 34. definitur enthema syllogismus imperfectus ex verisimilibus, aut signis: imperfectus quidem imperfectione, utique quam dixi: ex verisimilibus autem, aut signis, non quia semper, sed quia frequenter ex illis consicitur apud eos, apud quos maiori est, ut esse debet, in vsu apud oratores scilicet. Reducitur facilem enthema ad syllogismum supponendo premissam, quae exterius decret, interius enim nunquam non aut explicitè, aut implicitè adest. Quod si queratur ad quamnam figuram, aut modum enthema reduci debeat. Respondetur ex dictis patere illud vniuersitatem ad omnes modos omnium figurarum reduci posse.

49 Inductio ex Aristotele primo Topico rum cap. 10. est a singularibus ad vniuersalia progressio, vbi nomine singularium intelligenda sunt non solum, quae vere sunt singularia, sed etiam minus vniuersalia respectu vniuersaliorum, & partes respectu totius. atque ut perfecta inducito sit, enumeranda necessario sunt aliquo modo omnia singula, aliquo modo, inquam, nam quando nimis multa sunt satis est enumeratis aliquibus subdere, & ita in reliquis, quae particula non male, additur in antecedente inductionis, quidquid non nemo contra dicat. Sicut autem in quadam sunt inductiones probabiles, hoc est propositionem vniuersalem probabiliter tantum colligentes, ita quaedam sunt necessariae, hoc est propositionem vniuersalem necessariò, atque adeo certò, & evidenter inferentes. Illis autem sunt necessariae in quarum antecedente, aut omnia singularia distinctè inducuntur, ut aliquando accidit cum pauca sunt, aut etiam si non omnia inducantur, intelliguntur tamen omnia necessariò esse omnino similia: aut denique aliqua tantum singularia inducantur, sed ea diligenter examinantur, denece inveniuntur, & evidenter cognoscatur causa propter quam tale illis pradicatum conuenient. Quod si inductiones eismodi sint, ut nec omnia singularia distinctè inducantur: nec omnia necessaria sunt omnino similia in eo, in quo facienda est inducito: nec ex paucorum experientia evidenter intelligi possit ratio communis, cur tale illis pradicatum conueniat; tunc

probabiles tantum esse poterunt, eo tamen magis, vel minus, quo magis, vel minus probabilius aliquid trium praedictorum praestitum esse iudicabitur. Reducitur inducito ad syllogismum supponendo alteram premissam quae deest, omnes enim partes, quae in antecedente continentur, sive pauca, sive multis sint, vnius premissæ, maioris scilicet, locum habent, cui subdenda est minor continens eodem subiecto, quae causa est, ut inducito primò, & per se reuocetur ad tertiam figuram, ut vel hoc exemplo liquet: & homo, & brutum est sensus capax, sed homo, & brutum est omne animal, ergo omne animal est sensus capax, quanquam quia minor, quae subdividit, si vera est, converti potest ratione materialiter simpliciter, potest etiam inducito reuocari ad primam figuram.

50 Exempli, ut hic sumitur est argumētatio, quae aliqd singulare ex uno, aut paucis similibus confirmatur. quod dupliciter fit, alii quando quidem commemoratione atque auctoritate rei gestæ, aliquando vero commoratione rei factæ, ut in parabolis, & apolo- gis. In hoc autem maximè differt exemplū ab inductione & enthemicate, quod inducito predicatorum à partibus ad totum, enthema contra sicut & syllogismus à toto ad partes, exemplum ab una parte ad alias similem vt docet Arist. Priorum ca. 30. Ut reducatur exemplum ad syllogismum dupliciti syllogismus opus est, uno per quem ex re illa singulari vna vel pluribus, quae in exemplū afferantur colligator propositio communis, sub qua res illa singularis vna, vel multiplex contingat. altero per quæ sumpta, pro maiori, propositione illa communis, inferatur conclusio ipsius exempli. Atque hinc

patet cur exemplum dicatur ab Aristotele

imperfecta inducito, & multo minus esicax sit quam inducito.

Clio ille recte oratores

exemplis frequenter

vtantur multis,

tis de cau-

sis,

quarum tres affer-

Arist. sect. 18.

problem.

3.

Exem-
plum.

*Syllogismi, & Demonstrationes
Analysis, Præcognitiones,
& Præcognita.
Cap. V.*

Analy. **fi.** **T** de syllogismo in communis agit Ari. in duob. libris Priori, ita de prima, & perfectissima syllogismi specie, qua est demonstratio agit in duabus libris Posteriorum, quos ille oes quatuor libros communi nomine *litterarum*, id est resolutoria inscripti, mutuata inscriptione ab antiquis Mathematicis, apud quos analysim, seu resolutionem valide in viu fusile ex Pappo Alexandrinio initio libri septimi collectionum mathematicarum & alijs intelligimus. Cum autem Analytis seu resolutione, qua in communis definiri solet reductio ad principia, duplex sit vna materialis, seu externa, qualis est cum domus, exempli gratia, verè destruitur, & resolutior in lapides cements, & ligna, ex quibus tamquid principijs componentibus constat; altera metitalis, seu interna, qualis est cum domus vel quantis alia res ad intellectu cognoscitur priuani confite, deinde distincte cognoscendo illius causas, seu principia, non fuit praedicti Libri dicti analytici seu resolutiori ab analysi, seu resolutione prioris, sed posterioris generis.

3 Neque verò ita inscripti sunt, quia docent resolutorem quomodocunque syllogismum, & demonstrationem in sua principiis, hoc est in propositiones, & terminos, ex quibus constat, sed quia docent rationem resolutiendi questionem propositam, hoc est inuestigandi, & inueniendi medium, quo quæstio proposita probetur. quam inuestigationem, & inventionem veteres Mathematici appellabant resolutionem, sicut discursum illum, quo ex medio per inuestigationem inuenient demonstrabant theorem, vel problema positum appellabant compositionem iuxta triusque definitionem, quam habet Euclides ad primam propositionem 13. Elementorum iuxta Commandini versionem. Itaque ut duo priores libri analytici docent rationem resolutiendi quamcumque consequientiam, seu formam argumentandi, hoc est inuesti-

gandi, & inueniendi medium, quo ostendit posse, an syllogismus, seu forma argumentandi proposita sit bona, nec ne: ita duo posteriores docent rationem resolutiendi questionem seu conclusionem, seu consequens, quod enim ante syllogismum est quæstio, in syllogismo est conclusio, seu consequens, ratione matrix, hoc est inuestigandi, & inueniendi medium, quo ostendit posse, an quæstio seu consequens, seu conclusio proposita sit in materia necessaria, nec ne. Ac licet eadem resolutiorum inscriptione prænotare potuerit Ar. etiam libros Topicos, in quib. de syllogismo probabili, & libros Elenchorum, in quibus de syllogismo sophistico agit, rectius tam men, & antiquorum mathematicorum, à quibus hanc inscriptionem sumptam diximus, confutandis congruentius, solos libros Priorum, & Posteriorum sic inscripsit.

3 Subsec. **duum lib.** **Posteriorum.** **rum.** Sic autem subiectum de quo, seu attributionis Librorum Posteriorum est sola demonstrationis, vt fusé tamen in eorum secundo agatur de definitione in gratiam demonstrationis, & quidem, tū ut est principium seu medium demonstrationis, tum ut est finis, seu conclusio eiudem, tum ut est demonstratio sola positione differens. Nec audiēdū sunt qui dixerint post Libros Prioros non proxime collocandos esse libros Posteriorum, sed Topicorum.

5 Initio librorum Posteriorum merito Aristotel. priuquam de demonstratione age re incipit, præmittit, & explicat celebrem illam propositionem. Omnis doctrina & omnis disciplina *litterarum* ex præexistente fit cognitione, in qua per doctrinam, & disciplinam quæ ut synonima recte sumuntur Iudicatiuncam non intelligi, quamcumque cognitionem intellectuam in se, sed tantum discursuam, seu habitum per discursum. Ante quam licet multa per le præexistat cognitiones tum sensitiva, tum intellectiva, tum surplicea, tum complexa, multoque plures præexistere possunt per accidentem. Aristoteles tam per præexistentem cognitionem in predicta propositione non intelligi, quamcumque præexistentem cognitionem, sed illam tantum intellectuam, quæ ad aliam intellectuam per discursum colligendum præcedit, ad eamque comparandam aliquo modo intellectum iuuat.

5 Sed quoniam dubium esse potest an etiam cognitiones non discursuas hanc ex præexistente cognitione, id breviter explicandum videtur. Cognitione igitur sensitiva sensuum extenorium per se, & ex suo genere

non requirit in cognoscente vllam præexistē tem cognitionem. Cognitio vero sensitiua sensuum internorum ex suo genere naturiter requirit aliquam præcognitionem sensuum exterorum. Cognitio intellectuā in communi, ut comprehendit cognitionem in intellectuā Dei, Angelorum, & Hominum, ex suo genere nullā requirit, aut habere potest præcognitionem: nec item cognitio Antigeli concreata, vel à Deo super naturaliter insufsa ex suo genere præcognitionem vllam postulat. Cognitio vero nostra intellectuā naturalis, licet ex suo genere non prærequirat in cognoscente aliam cognitionē intellectuā, prærequirit tamen naturaliter aliquam cognitionem sensitiua in tum exteriorum, tum interiorem.

56 Aliqua etiam nostra cognitio intellectuā naturalis non solum ad tertiam, aut secundam, sed etiam ad primam operationem pertinet, ut definitio, seu cognitio definita a praefixa sumpta, prærequirit naturaliter aliam cognitionem item intellectuā; sed duplex distinguitur prærequisita cognitionis, seu præcognitionis intellectuā, vna que dicitur agens, & est illa quæ ita intellectum iuvat ad aliquam cognitionem vi simul cum illo tamquam illius instrumentum ad eam effectu concurredit: altera que dicitur dirigenς, & est illa, qua ita intellectum iuvat ad alij cognitiones ut illius tñ disponat per representationem obiecti. Prima igitur illa operatio intellectus, quæ fit ex præexistē cognitione non fit ex pœnitēte cognitione agente, sed in dirigēte. Secunda vero est clara ex terminis, & hæc non fit ex præcognitione agente, sed indiget probatione, & sic fit ex præcognitione agente & dirigente simul, quamvis quatenus fit ex humana præcognitione agente, & dirigente simul non sit vere secunda operatio, sed tertia & catenū tantum dicatur secunda, quatenus interdum sumitur secundum se, ut iudicium quoddam est, sine illo respectu ad præmissas quibus probatur. Tertia denique semper fit ex cognitione agente, & dirigente simul.

57 Cognitio autem primorum principiorum de qua est peculiaris difficultas, tñ est ex præcognitione dirigente tantum, quādo sine experientia, & inductione habetur ex terminis, enīmodi est cognitio principiorū illorum notisimorum, & anaximē vniuersalium, omnibusque scientijs communis, quod liber est, vel nō est, & impossibile est idem simul esse, & non ē: itemque aliorum notis

simorum quidem sed minus vniuersalium, quamvis multis scientijs cōminum, vt omne totum etiamsi sua parte, & si ab æquali bus æqualia demas, quæ remanēt sunt aquæ, & huiusmodi. Tunc vero est ex præcognitione agente, & dirigente simul quando ex experientia, & inductione colligitur, ut est cognitio alterum quorundam principiorum particularium propriorum singularium scieriarum, cuiusmodi sunt in physicis, principijs transmutationis esse tria, causas esse quæ tuor, & similia. Arque ut cognitionis principiorum huius tertij generis est discursus. Ita cognitionis principiorum primi, & secundi generis non est discursus, esset tamen discursus si al. experientia, & inductione penderet.

58 Sed ut constet de numero præcognitionis doctrina præterim discursus, constare prius debet de numero questionum. Quinque autem sunt quæ de re qualibet quæ possunt. Primum quid nominis, id est quæ nomine res illa appellatur. Secundo an sit, id est an existat. Tertio quid sit, id est quæ sit eius essentialis definitio. Quartο qualis sit, id est quæ habeat proprietates & affectiones. Quinto propter quid sit, id est propter quæ causas & cibas, & sit illa quæ est, & habeat proprietates & affectiones, quas habet. Aristoteles tamē initio 2. Poller enumeraver, quæ de re qualibet quæ possunt, omnes quid nominis, & quatuor tantum facit questiones genera an sit, quid sit, qualis sit, & propter quid sit: non quia questionis nominis intelligat illam tantum, que in principiis evidenter refutari potest, cuiusmodi non est quid nominis, nec quia quid nominis numerum quæ sit quodlibet, sed tantum præcognitionis, i.e. quia eas circum numerat quætiones, quæ fieri possunt de rebus secundum se, non autem de rebus ut à nobis nominantur. Itaque quod aliqui dicunt, prædictas quinque cognitiones, quid nominis, an sit, quid sit, qualis sit, & propter quid sit ita se habere ut qualibet procedens respectu sequenti semper sit præcognitionis, sequens vero respectu procedens tempore sit questionis, ex quo sequitur cognitionem quid nominis, unquam esse questionem, sed semper præcognitionem, cognitionem vero propter quid, semper esse questionem, nunquam præcognitionem, non est admittendum, sed dicendum: non illas, quæ sub una ratione sunt questiones sub alia polle esse præcognitiones doctrinæ discursus.

59 Verum Aristot. t. Post. t. 2. explicans

L. 2.
P. 10. 2.

predicatum *predicata* propositionis omnis doctrina, &c. duas tantum enumerat *præcognitiones*, videlicet quod est, & quid est, qd dicitur, non quia assignet *præcognitiones* tamum respectu questionis, qua queritur quid sit res, quam illa tamum duæ *præcognitiones* requirantur, sed quia omnes omnino *præcognitiones* etiam *doctrinæ* non discursus ad illas duas reducit. Et per quod est, seu an sit, intelligit in complexis existentiam, in complexis veritate vel verisimilitudinem in veram vel apparentem per quid est, quod dicuntur, intelligit tantum quid nominis, non autem quid rei, seu quid sit res, id est essentiale definitionem, & sic intellecta, *hac præcognitione* diuisio est bona, & adquata. Similiter tamen sumptu predictarum *præcognitiones* an sit, & quid nominis, quatenus *præcognitione* an sit, complectitur, non solum an sit complexorum, sed etiam an sit incomplexorum respectu *doctrinæ* demonstrativa, vel etiam discursus in communi, & multo magis respectu *doctrinæ definitiæ*, & diuisu, non solum non sunt semper necessaria, sed nec semper haberi possunt, licet interdum non solum haberi possunt, sed etiam sunt necessaria.

60 Ac *præcognitione* quidem an sit complexorum, & *præcognitione* an sit incomplexorum spectatur in ordine ad obiecta, seu *præcognita*, differunt inter se saltem specie, conuenient tamen in genere vniuerso. Spectatur autem in ordine ad cognitiones, quas præcedunt, non conuenient inter se vniuerso, sed tam analogice. *Præcognitione* vero quid nominis sive subiecti, sive *predicati*, sive cuiuscunque alterius rei, ut definitionis, vel partis definitionis, in ratione *præcognitionis* est eiusdem speciei vniuerso; comparata autem ad *præcognitionem* an sit sive complexorum, siue incomplexorum non est eiusdem speciei, nec eiusdem generis vniuersi, sed tantu analogi.

61 *Præcognita* in communi respondentia duabus *præcognitionibus* in communi, de quibus supra sunt duo. Vnum est quid nominis, seu res ipsa per nomen significata ruderer apprehensionis; alterum est enim rei, sumptu esse prout complectitur tam esse existentiam incomplexorum, tam esse veritatis vel verisimilitudinis verum, vel apparentis complexorum. *Præcognita* *doctrinæ* definitiæ sunt tria: Primum est definitum: secundum pars genericæ: tertium pars differentialis. *Præcognita* *doctrinæ* diuisiæ tot sunt, quot sunt partes diuisionis sumptu simul cum toto di-

uiso. *Præcognita* *doctrinæ* discursus in communi sunt tria, subiectum, *predicatum*, & principium, seu *præmissæ*. *Præcognita* denique *doctrinæ* demonstrativa sunt item tria ex Arist. Postf. tex. 24 & 25. subiectum, *predicatum*, & principium, seu *præmissæ*. Nominis tamen principij seu *præmissarum* hic intelligende sunt *præmissæ* evidentes immediate, vel mediate hoc est indemonstrabilis, vel demonstrare. Vult autem Aristoteles predicta tria *præcognoscenda* esse non solum scientias totales, sed ante qua incunquam scientiam seu conclusionem scientiam par tacularem. Non tamen vult eadem tria *præcognoscenda* esse ante totam demonstrationem, sed tantum ante conclusionem demonstrationis. Et licet consequenter nullum pra dictorum trium sit, non est tamen numeranda, ut quartum *præcognitionum* ab illis distinguitur, sed dicendi includi in ipsa conclusione non quidem materialiter, sed formaliter sumpta, juxta supra dicta.

62 De subiecto Aristoteles primo Posteriorum tex. 2. & clarius cap. 9 duo docet esse *præcognoscenda*, quid est quod dicitur, id est quid nominis, & quod est, id est quod existat: Quorum prima locum habet in demonstratione facta alteri de re absente: secundum ita intelligentur est, ut de subiecto ab humana libertate non pendente secundum Aristotelē ex communiori, & prohibitorii sententiā *præcognoscendum* sit, quod vel nunc vel saltem aliquando actu existat, nisi forte hec ipsum de illo sit demonstrandum: secundum veritatem tamen, & per se loquendo in rebus creatis *præcognoscendum* tantum sit, quod possit existere, in Deo autem, quod existat, nisi forte hoc ipsum de illo sit demonstrandum. Possibilitas ad existendum in rebus, quibus conuenit, demonstrari potest tū à posteriori aliquando, tum à priori semper, licet non semper à nobis pro huius vice statu. Actualitas autem exigentia de primo ente à posteriori non autem à priori saltem per causam veram, & simpliciter sic dictam; de reliquistum à posteriori tum etiam à priori per causam veram, & simpliciter sic dictam, licet non semper à nobis pro huius vice statu, demonstrari potest.

63 Itaque scientia speculativa demonstrare potest suum subiectum eti, quando est actu, vel posse esse, quando est tantum in potentia: demonstrare, inquit, potest interdum quidem à posteriori, interdum etiam à priori, idque præstare debet, quando est ignotum: scientia tamen practica non potest de-

monstrare suum subiectum esse, sed tantum posse esse, quod & praestare debet, quantum est ignorantum. Neque vero de subiecto scientia totalis præter quod est, seu non sit, & quid nominis præcognoscendum est quid sit, ut aliqui existimant: neque præcognitionis quid sit; seu definitio subiecti pertinet ad subiectum, quatenus est præcognitum distinctum à præmissis, sed quatenus est medium, quod non facit præcognitum distinctum à præmissis.

64 De passione in demonstratione, quae sit alteri de re absente, præcognoscendum est tantum quid nominis. De principijs, seu præmissis docet Aristoteles primo Poster. tex. 2. præcognoscendum quod sicut, id est, ut communiter explicant interpres, quod sicut vera. Capite autem 9. addit de iisdem præcognoscendum etiam etiam quid vocabula significent: quamquam hanc præcognitionem dicit posse omitti, id est non exprimi, quando vocabula sunt nota. Et quia, ut plurimum vocabula sunt nota, ideo in tex. 2. non facit mentionem huius secundæ præcognitionis, sed tantum primæ. Non loquitur autem Aristoteles de principijs communibus, sed propriis eius conclusionis, quæ infra eadem est, seu in generalibus demonstrationibus, nec ad cognitum principiorum in propriorum aliquius demonstrationis requiritur necessariò actualis cognitionis principiorum communium, ex quibus propria dependent, requiriunt tamen, vel actualis, vel saltem habitualis cum aliqua corundem recordatione, hoc est, cum actu, quo intellectus recordetur se intellexisse prædicti principia communia. In idem sere recedit, quod alij dicunt ad cognitionem principiorum propriorum non requiri a-ctualen cognitionem principiorum communium in-

se formaliter, &
explicite, seu
ut con-
flane

terminis communibus, requiri ta-
men actualen cognitionem
corundem implicite, seu
ut virtute includunt
tur in terminis
principio-
rum
propriorum.

Demonstratio.

Cap. VI.

Dplex apud Aristotelem repertur demonstratio nis definitio. Prima est primo Poster. tex. 5. ubi Aristoteles definit demonstracionem esse syllogismum inveniendum, id est scientiale, seu scie

tificum. quæ definitio bona quidem est, sed accidentalis, & ex intentione Aristotelis conueniens soli demonstrationi propter quid, quamvis si secundum se consideretur, conuenire possit omni demonstrationi. Secunda est primo Topicorum cap. primo, ubi demonstratio inquit, est, quando ex veris, & primis syllogismis erit, aut ex talijs, que per aliqua priina, & uera, eius quæ circa ipsa est, cognitionis principiū sumperunt, id est syllogismus constans præmissis iuxta demonstrabilibus aut iam demonstratis, que definitio bona est, & essentialis, & cum demonstrationi propter quid, cum demonstrationi, quia, conuenire potest. Tertia deinde alia colligitur ab interpretibus ex tex. quinto, citato in hunc modam. demonstratio est syllogismus constans ex ueniens, & primis, & immediatis, & notioribus, & prioribus, & causa conclusionis, quæ definitio bona est, & essentialis, soli tamen demonstracioni propter quid conueniens. Et tam hæc, quam aliæ due superiores definitions sive ex intentione Aristotelis, sive secundum se spectante conuenient demonstrationi, ut est instrumentum sciendi.

66 Sed ut melius intelligantur con-
ditiones demonstrationis propter quid,
quod spectat ad conditiones requisitas ratione formæ, que ut supra diximus, con-
stat ex figura, & modo, dicendum breuiter est, demonstrationem propter quid, si-
cut, & demonstrationem quia, recte fieri in quauis trium figurarum logisticaarum,
& in quaouis earum modo, sed optimè in
triangulari figura, & in eius primo modo, qui
dicitur Barbara. Quod vero ad condi-
tiones requisitas ratione materiæ attinet:
Prima est, ut constet ex veris uou folium
veritatem transcendente, ita ut habeat om-

I.
Demo-
bratio-
nis de-
fini-
tio.

2.
Demo-
bratio-
nis pro-
pter
quid
edit.

nes conditiones ad principia, seu præmissas in genere requiras, sed etiam veritate complexa. Secunda est, vt constat ex primis, & immediatis^s, seu indemonstrabilibus, quibus omnibus particulis vna, & eadem conditio ab Aristotele significatur, & est vt constet ex principijs seu præmissis actu, vel virtute carentibus medio, per quod à Priori in eodem genere causa probari possint. Et in hoc sensu intelligendus est Aristoteles cum eodem tex.^s, definit propositionem immediatam est illam, qua non est alia prior. Dupliciter enim potest aliqua proppositio dici immediata, vel absolute, & secundum se, vel in ordine ad aliam propositionem: absolute autem, & secundum se adhuc dupliciter, vel in mediatione subiecti, vel in immediate cause.

67. Propositio immediata immediatione subiecti dicitur illa, cuius predicatum in est subiecto immediate, & per se primò, non autem mediante alio. Propositio autem immediata in immediate cause dicitur illa in ter cuius subiectum, & predicatum nulla datur causa intermedia, propter quam predicatum in iste subiecto. Propositio denique immediata in ordine ad aliam propositionem dicitur illa inter quam, & aliam in propositione nulla propositio est intermedia, qua posse illa alia propositio probari. Aristotele, igitur loco citato sumit propositionem immediatam pro immediata secundum se in immediate cause. Non extram necessarii ad demonstrationem propter quid, vt vtraque, vel altera præmissa sit immediata, seu prima, & indemonstrabilis actu, seu formaliter, quod tunc contingit, quando propositio caret medio, quo à priori in eodem genere causa probari possit: est tamen accessoriarum, vt vtraque præmissa sit immediata, seu prima, & indemonstrabilis, vel actu, vt dictum est, vel saltene virtute, quod tunc evenit, quod resoluta iam est ad propositio nem immediatam, seu primam, & indemonstrabilem actu. Ex quo colligas falsum esse quod recentiores quidam^s docuerunt maiore propositioem in demonstratione propter quid, semper debere esse immediatam actu, sicut etiam falsum est resolutionem propositionis medie in eadē demonstratione propter quid facienda necessariō esse in propositionem immediatam in immediate cause essendi: licet quemadmodum illa, ceteris paribus, opium perficissima est demonstratio, qua vtramque præmissam habet immediatam actuositatem, quae vtramque, vel alteram habet resolutam in causam essendi, perfec-

tior sit, quam quæ habet resolutam in causam cognoscendi tantum.

68. Neque verò affirmatiæ tantum dantur propositiones immediatæ, sed etiam negatiæ, quarum in Aristot. prima Post. c. 14. Quatuor affert genera. Primum est, quando subiectum propositionis est sub aliquo summo genere vniuersico, quod Aristoteles appellat totum, predicatum autem est aliud sumum genus vniuersicum, vt homo non est quætitas. Secundum est, quando è cōtrario se habet, vt quantitas non est homo. Tertium est, quando extrema propositionis sunt sub diversis generibus, summis vniuersicis, ut homo non est linea. Quartum est, quando extrema sunt summa genera, ut substantia non est quantitas. Ac trium quidem priorum generum propositiones sunt mediate; quarti verò generis sunt immediata, saltem loquendo de medio vniuersico. Præter hæc tamen quatuor propositiones negatiuarum genera, quedam alia dantur, vt quando vtramque extremum est sub eodem genere summo, non ramen sub eodem genere proximo, vt homo non est lapis, & quando vtramque extremum est sub eodem genere proximo, vt homo non est leo, &c. que sunt propositiones mediate. Cum verò queritur an omnis propositio immediata sit per se nota, duplex distinguenda est propositio immediata sive affirmativa, si uegetativa: altera, quæ est immediata secundum se, seu secundum naturam, hoc effaceret medio à priori in eodem genere cause, vt supradictum est, & hæc est per se nota secundum se, seu secundum naturam: altera quæ est immediata secundum nos, hoc est, quæ à nobis sive vlo medio posita tantum terminorum notitia cognolitur; & hæc est per se non a nobis.

69. Tertia demonstrationis propter quid conditio est, ut constet ex causis conclusionis hanc enim quam in predictis conditionibus proponendis Aristoteles ultimā fecerat, eas, quæ latius patent, angustioribus anteponens, vt in differentiis rei alieuius enim etiam facilius est; in iisdem probandis facilioris doctrina gratia, duobus alijs ex ipsa pendentibus, que iunt, ut demonstratio propter quid constet ex notioribus, & prioribus, meritò propositus. Non loquitur autem Aristoteles in predicta tertia conditione de causalitate materiali, nec de causalitate, quæ dicitur consequentiæ, quam vtramque habent præmissæ respectu conclusionis, sed de causalitate, quæ dicitur consequentiæ: & vult de demonstratione propter quid constare ex præmissis habenti-

bus.

bustale medium, quod sit causa non solum cognoscendi cognitione necessaria, sed etiam estendi passionis, seu connexionis praedicati cum subiecto, quo demonstrantur in conclusione: nec loquitur tantum de causa estendi actuali, & simpliciter sic dicta, sed etiam de virtuali ad quicunque genus causarum fertineat modo sit causa proxima.

70 Tale autem medium de monstratio-
nis propter quid, quale diximus, potest alii-
quando esse definitio essentialis subiecti, ali
quando etiam definitio essentialis prædicati.
Nec definitio tamen subiecti, nec mediū quocunque quod non sit aliquo modo cau-
sa passionis, potest esse medium demonstra-
tions propter quid, at definitio subiecti sit
essentialis, siue causalis, quae sit causa passionis
est medium potissimum inter media sim-
plicia s cuiusmodi non efficit aggregatum ex
definitione subiecti, & definitione prædicati
propter demonstrationis, quamvis definitio non sit medium secundum se tota mes-
tantum secundum illam sui partem, secun-
dum quam est causa passionis.

71 Quarta eiusdem demonstrationis defi-
nitio, quae est ut certe ex notioribus, & quin-
ta, quae est, ut constet ex prioribus, sequitur,
ex tercia, ut supra indicatum est. Cum autem
doceat Aristoteles principia demonstrationis
propter quid debere esse notiora, seu magis
nota, hoc est magis certa, & evidenter quam
sit conclusio sumit particularum, ut magis, ut di-
cit maiorem nobilitatem, & perfectiorum es-
sentiale, & accidentalium distilat clam ab in-
tensione, nec vult prædicta principia esse no-
tiora conclusione tantum secundum naturam,
sed etiam secundum nos. Reclam autem idem
Aristoteles principia, scilicet præmissas, debere
esse notiores, ut diximus, conclusione probat
illo axi more; propter quid vnamqueque,
& illud magis, quod licet non sit semper verum
cum si particula(magis) sumatur pro inter-
ius, est tamen semper verum in causis qui-
dem, & est. quicunque, si particula(magis)
sumatur pro nobilius, seu perfectius in
in perfectione essentiali, tum etiam in perfe-
ctione aliqua accidentalis distincta ab inten-
sione: in omni vero genere causa, si particula
(magis) sumatur pro nobilius, seu perfectius
in perfectione aliqua accidentalis distincta ab
intensione.

72 Ex dictis satis intelligi potest demon-
strationis propter quid debere constare ex
necessariis, ut docet Aristoteles i. Poste, à te
7. ad 20. & ex propriis, ut docet idem à tex. il-
lo 20. ad 30. Tres autem quasi gradus constituit

Aristoteles propositionis ad premissarum demonstrationis propter quid necessitatem requirit, unum propositionis de omni, alterum propositionis per se, tertium propositionis vniuersalis.

Propositio de omni dicitur illa, quae habet praedicatum de omni. Praedicatum autem de omni definit Arist. ibid. t. 8. c. 8. illud, quod non ita se habet ad suum subiectum, ut aliquid in isto, aliquid non, & aliquo tempore insit, aliquo non, quod dicat, sed omni subiecto insit, & omni tempore. Atque ex hac definitione prædicati de omni satis intelligi potest prædicatum de nullo ab Aristotele omissum, quod habet conditiones oppositas. Sicut autem non amba demonstrationis propter quid præmis-
ta pessimum esse de omni, si sermo sit de qua-
cumque de monstrazione propter quid: ita
ambae debent esse de omni si sermo sit de demonstracione propter quid perfe-
ctiore.

72 Propositio per se dicitur illa, quae
habet praedicatum per se, seu est in aliquo
modo circumspectus per se. Quatuor autem ex
Aristotele ibidem tex. 9. sunt modi circumspecti
per se: primus est quando prædicatum est
aliquid ex parte eiusdem subiecti. Secun-
dus est quando prædicatum est aliquid sui generis con-
veniens accidentali, & recessari. Tertius,
qui non est modus prædicandi, sed effendi,
complectitur ea, quae non dicuntur de aliquo
subiecto, quia non sunt in subiecto, sed per se, id est substantias, non solum primas, sed
etiam secundas Quartus qui item non est mo-
dus prædicandi, sed causandi, complectitur
ea, quae ideo dicuntur in esse per se alicui,
quia ab illo per se causantur, ex quo patet
omnes de monstracionis propositiones debe-
re esse, vel in primo, vel in secundo modo di-
cendi per se.

73 Propositio vniuersalis hic dicitur illa,
qua habet prædicatum univerale. Prædicatum
autem univerale ex Aristotele ibidem
tex. 11. requirit tres conditiones: prima est,
ut sit de omnibus; secunda, ut sit per tertiaria;
ut sit secundum quod ipsum, id est conuenientem
subiecto secundum quod tale est, seu secun-
dum propriam eius naturam, & consequen-
ter cum illo reciprocetur. Idecirco enim voca-
tur huiusmodi prædicatum vniuersale, quia
debet esse vniuersum in subiecto, de quo pra-
dicatur, ita ut extra illud non reperiatur, sed
hac tertia conditio ad perfectissimam qui-
dem demonstrationem propter quid in am-
babus præmissis, ad alias autem deras, non

3
Præmis-
sa quo-
modo
notio-
res
vni-
uersali-
tate

4
Propo-
sicio de
omni.

5
Propo-
sicio
per se.

6
Propo-
sicio
uni-
uersali-

tamen perfectissimas demonstrationes, propter quid in maiori, tantum requiriuntur.

Male autem quidam dicunt hæc tria prædicta de omni, per se, & univerdale ita se habere inter se, vt omne universale sit etiam per se, & omne per se sit etiam de omni, sed non ex contrario omnino de omni sit etiam per se, & omne per se sit etiam universale, falsum enim est omne per se esse etiam de omni, sicut falsum etiam est, non omne de omni esse per se, quamvis omne per se sit etiam de omni: neque tamen idcirco male Aristoteles prius explicavit prædicatum de omni, quæper se.

74 Atque ex his patet principia demonstrationis propter quid debere etiam esse propria, & consequenter non aliena, neque communia. Patet præterea recte ab Aristotele ibidem tex. 30. demonstrationem diuidi in demonstrationem propter quid, & demonstrationem quod, seu quia per effectum. Demonstrationem autem, quæ dicitur potissima, non distinguitur à demonstratione propter quid, nisi accidentaliter. Demonstrationem denique deducens ad impossibile non est simpliciter demonstratio, sed tantum secundum quid, & ad hominem, atque ex suppositone. Et quamvis ab Aristotele demonstratio, quia non definitur, recte tamen definiri potest esse syllogismus constans præmissis necessariis causam remotam, vel effectum per se conclusionis continentibus, & recte consequenter diuiditur ab ipso Aristotele in demonstrationem, quia, per causam remotam [qui] tamen quatenus est per causam interdum appellatur demonstratio propter quid & demonstrationem, quia per effectum.

75 Sed cum causa remota sit triplicis generis, vna quæ latius patet, quam effectus, vt animal respectu respiratorius; altera quæ minus latè, vt iugulatio respectu mortis & mortis, quæ aquæ latè, vt iugulatio respectu risibilitatis, posito quod causa proxima risibilitatis sit administrationis; Demonstrationem quia fieri quidem potest per causam remotam omnibus predictis trib. modis, cum discrimine tñ, à causa enim remota latius patente non potest fieri demonstratio affirmativa, sed tantum negativa: à causa vero remota minus latè patente fieri potest demonstratio affirmativa, non tamen negativa: à

causa denique remota æquè latè patente fieri potest demonstratio tum affirmativa, tum negativa. Neque vero solum demonstratio propter quid, sed etiam demonstratio, quod, sive à causa remota, sive ab effectu est vera, & propria demonstratio, licet demonstratio propter quid, ceteris paribus, si perfectior demonstratio, ne quod; inter demonstrationes vero quod, ceteris item paribus, perfectior sit affirmativa, quam negativa, & quæ est per causam æquè latè patentem, quam quæ est per causam magis, vel minus latè patente, vel per effectum. Nec ratio demonstrationis prædictis omnibus veris demonstrationibus analogicæ, sed uniuocè conuenient.

76 Circulus omnino univornis, qui absolute dicitur circulus, sive perfectus, hoc est constans tribus syllogismis, à quorum vnius conclusione revertimur ad probandum totum illius antecedens per alios duos syllogismos, quorum uno probamus maiorem, altero minorum: sive imperfectus, hic est constans duobus tantum syllogismis, à quorum unius conclusione revertimur ad probandum vnam tantum illius præmissam per alterum syllogismum: in demonstrationibus dari nullo modo potest. Tres autem hic circulus, sive perfectus, sive imperfectus requirit conditio-nes, vt sit omnino univornis. Prima est, vt omnes eius syllogismi sint demonstrationes propter quid: Secunda, vt omnium eius syllogismorum conclusiones demonstrantur per idem genus causæ: Tertia, ut idem omnino sit id, quod probatur in primo syllogismo, & id per quod probatur in duobus syllogismis si circulus sit perfectus, vel in alio si sit imperfectus, ita vt eadem formaliter propositio, quæ fuit conclusio, in primo afflatur, vt præmissa in alijs duobus, vel alio ad probandum vtrumque, vel alteram præmissam primi.

77 Circulus autem difformis, seu in diuerso genere cognitionis, qui proprio nomine appellatur regressus, & est circulus, vel periculus, qui tamen non potest dari nisi in terminis conuertibilibus, vel imperfectus, quo scilicet postquam per vnum syllogismum progressi sumus ad probandum aliquam conclusionem, ab eadem conclusione per aliam syllogismum regredimur ad probandum alteram præmissam primi syllogismi, dari potest.

Et quidem tripliciter dari potest, primum ita ut processus, i.e. primus syllogismus, sit per effectum ad causam, secundus vero syllogismus, seu regressus sit per causam ad effectum, ut si assumatur risibilitas ad probandam de homine rationalitatem, & deinde resumatur rationalitas ad probandam de eodem risibilitatem. Secundo ita, ut primus syllogismus sit per causam unius generis, & secundus per causam alterius generis, ut si deambulatio assumatur, ut causa efficientis sanitatis, & rursus sanitatis, ut causa finalis deambulacionis. Tertio ita, ut eterque syllogismus sit per causam ciuidem generis sub diuersa tamen ratione, ut si assumatur vapores, ut causa materialis pluviae, & rursus pluviae, ut causa materialis vaporum. Atque ut omnibus ijs modis regressus demonstratius utilis sit, primo tamen modo in particulari, qui communior est, & in prima figura sit conuenienter maiorem primi syllogismi, & assumendo conclusionem ciuidem primi syllogismi, ut minorem, & ex illis inferendo minorem eiusdem primi syllogismi, ut conclusionem, non solum utilis est, quia per illum perfectiori modo cognoscimus

nempe à priori, & ordine magis naturae consentaneo, sed etiam quia in eo formaliter cognoscitur propter quid passio can-

ue-

niam subiecto, q. ad formaliter non cognoscitur in progressu, licet in eo cognoscatur effectus ut efficiens, & causa, ut causa for-

maliter. Neque tamen inter progressum, & regressum necessaria est mora, quamquidam inducunt.



SCIENTIA.

Cap. VII.

Scientia

scientia</

intellectu, partim ex obiecto. Dixi ſemper, vt comprehendenderem omnem difficultatem ſcendi tam circa res maximæ, quam circa res minimæ, & mediocris emittatis. Reclamis minus præcipua cauſa enim difficultatis, quam experimur in ſcientijs, intellectus noſtri imperfectioni tribuitur.

80 Evidentia duplex eſt altera obiecti, & eſt veritas seu cognoscibilis obiecti, quatenus per illam ita peripicue obiectum potentia obici potest, vt ab ea, quodammodo videatur. altera cognitionis, & eſt ipsa claritas, qua ita peripicue obiectum cognoscitur, vt quodammodo videatur. Atque hec eſt de eſſentiā ſcientiā proprie, & praefit dicitur. Certiudo autem, quæ eſt in ſcientiā, cōſequitur taq̄mā proprietas ex evidentiā. Sed re qua lateat æquatio, triplex diſtinguenda eſt certiudo, obiecti ſeſcīt, cognitionis, & cognoscientis. Certiudo obiecti eſt ipius ſeſcīt. Certiudo cognitionis eſt ipius infallibilis, cui ſeſcīt ſubſt. non potest, & hac certiudo, nec ſemper ſupponit certitudinem obiecti, nec quando adeſt certiudo obiecti, ex illa reſerario conetur, licet neceſſario confeatur ex ſcientia. Certiudo denique cognoscientis eſt huius quædā in intellectus adhaſio ad rem, vt veram, cui potest interdum ſubſt. ſeſcīt, non tamen quando oritur ex certitudine cognitionis, quæ fit ſcientia.

81 Definitor autem ab Aristotele ſcientia prima. Posther. teor. 5. his verbis, ſcire aut arbitramur vnumquidem ſimplicer, ſed non ſephilico modo, qui eſt secundum accidentem, cum cauſa ex illis in amittimus cognoscere propter quam res eſt, & quod illius cauſa eſt, & non centingere hoc aliter ſe habere. Quæ definiſt bona quidem eſt, non tamen conuenit etiā in ſcientiā proprie, & praefit dicitur, ſed tantum ſcientiā, ex teris paribus, magis præcipue hoc eſt ſcientia propter quid, que habetur per demonstrationem, propter quid, piaſter quam datur alia proprie item, & praefit dicta hoc eſt ſcientia quod, que habetur per demonstrationem quod. Neque vero prædicta definiſt conuenit ſolum in ſcientia propter quid ſpeculatori, ſed etiam praeterea: Neque ſolum ſcientia propter quid per cauſam actualē, & ſimplicer ſe dicā, ſed etiam ſcientia propter quid per cauſam virtualem, & quidem per quamcunque cauſam, medo ſit proxima. Denique prædicta definiſt proprie conuenit ſcientia propter quid actuali quamuis facili accommodari poſſit etiam habituali. At ſcientia

in communī compræhendens omnem ſcientiam proprie, & praefit ſe dicā, definiri breuiter potest, conclusio demonstrationis, vel cognitione euidentis diſcurſiua, ita, ut, cognitione, ſit genus, euidentis diſcurſiua, ſit diſferentia, quod feret idem eſt, cognitione intellectu, ſit genus, euidentis mediate, ita, ut, cognitione intellectu, ſit genus, euidentis mediate ſit diſferentia. Poteſt tamen etiam definiri cognitione diſcurſiua euidentis, ita, ut, cognitione diſcurſiua, ſit genus, euidentis, ſit diſferentia, vel cognitione euidentis diſcurſiua, ita, ut, cognitione euidentis ſit genus, diſcurſiua ſit diſferentia, & his omnibus modis erit definitio eſſentia-lis.

82 Præter certitudinem, de qua diximus ſupra, quædam alia ſunt ſcientiæ proprietates, paucis hic attingenda, videlicet: Vnitas, Veritas, Bonitas. De vnitate numerica ſcientiæ eodem modo philosophandum eſt, quo de unitate aliorum accidentium: Vnitas vero ſpecifica euidenti ſumitur ex medio termino, ſeux ordine ad medium terminum, ita ut illæ ſcientiæ ſint vnius eiusdem ſpeciei, quæ habent vnum, eumdemque ſpecie me diuum terminum, non quidem materialiter, ſed formaliter ſumptum; illæ diuerſæ, quæ diuerſum, etiam ſi aliquo habeant idem ſubiectum, & idem prædicatum. Vnitas denique generica euidenti ſumitur ex conuenientia in ratione ſeu definitione communis ſcientiæ ſupra tradita, ita ut illæ ſint ſcientiæ unius, euidenti generis unicoci in ratione ſcientiæ, quæ unicocē; illæ analogice, quæ analogice in ea conuenient. De unitate autem ſcientiæ totalis infra: Vnitas ſcientiæ complexa ſit de ueritate trancentali, que in omnibus rebus reperiſtur hic non loquimur. Conſtituit in conformatitate ſcientiæ ad rem ſeriam, & conuenit omni ſcientiæ. Bonitas vero eiuſdem conſtituit in eius perfectio ſecundum quam eſt terminativa appetitus rationalis. Et quidem ſcientia quatenus cognitione intellectu euidentis eſt perfectio ſimplicer ſimplex, & fine illa, limitatione eſt in genere bonorum honorabilium, & uitius intellectuali.

83 Sed ut perfecte ſcientia intelligatur neceſſari explicandum eſt eius obiectum, ſen materia circa, quam tribus neceſſariis partibus conſtant. Prima proprie, & praefit dicitur ſubiectum, iu obiectum de quo: Secunda prædicatum, ſeu obiectum quod, & quidem: Tertia medium, ſeu obiectum quo, & ratio formalis ſub qua, ſeu per qua. Neque in obiecto, ſeu materia circa quam

4
Evidē-
tia.5
Certi-
tudo.6
Senti-
bus deſ-
crip-
tione.7
Scienc-
ia.
ta,
Veritas
-
ta,
Bonitas
-ta.

ſcien-

scientie in communi quidquā reperitur, qđ ad aliquam pr̄dictarum trium partium nō pertinet. Ac subiecti quidem, seu obiecti de quo scientie in communi varie à varijs conditiones afferuntur. Prima qđ à quibusdam afferuntur, vt sit ens reale. Sed hæc conditione non est admittenda, vt communis omni scientie, cum debet scientia etiam de ente rationis, immo, & de non ente completo, quod est propositio falsa, fīc incompleto, quod negative opponitur enti incompleto, quamvis non ens non possit, vt nō ens formaliter concipi, vt alibi explicabitur. Secunda, qđ à nonnullis afferuntur, est vt sit finitus; quamquam hæc conditio ab alijs dicitur nō esse subiecti scientie, sed prædicati. Dicendum tamen neutrius esse, cum tam subiectum, quam prædicatum scientie possit esse infinitum: licet vt infinitum non possit à nobis distinguere, sed tantum confusè cognosci. Tertia, qđ à nō nullis item afferri solet, est, vt constet ex parte materiali, & parte formali, seu, vt alii loquuntur, ex se considerata, & modo considerandi. Verum hæc conditio nō est subiecti, de quo scientie, sed totius obiecti, seu materia, circa quā, cuius prima pars, id est subiectum est, pars materialis comparata ad prædicatum, quod respectu subiecti est pars formalis: & rursus totum aggregatum ex subiecto, & prædicato est pars materialis respectu medi, quod est tārum pars formalium. Quarta qđ à multis afferuntur, vt sit universalis. Sed neque hæc communis est omni scientie cum debet scientia etiam de singularibus: non solum incorruptibilibus, vt de Deo, sed etiam de corruptibilibus, vt de hominibus. Quinta qđ à pluribus afferri solet, vt non s̄ ex viuocum, sed viuocum, vel falso analogum. Huiusmodi conditionis prima quidem pars semper, secunda autem, & tertia tunc tantum habent locum cum scientie subiectum est viuierale. Sexta, qđ communiter afferuntur, vt non sit ens per accidentem, qđ conditio licet videatur potius prædicari, quam subiecti, quatenus prædicatum in scientie non potest esse per accidentem, hoc est contingenter connexum subiectos, potest tamen etiam dici conditio subiecti, quatenus nec subiectum scientie potest esse per accidentem, hoc est contingenter connexum eum prædicato. Verum licet de ente per accidentem in ratione effectus, seu quod idem est de effectu contingenter, vt de intentione thesauri casu facta à fodiente, & extero huiusmodi ante per accidentem, quod nec habet certas causas, quibus producatur, nec

certas passiones, qđ de illo demonstrari possint, non decur scientia de ente tamen per accidentem, quod habet certas causas, quibus producitur, & certas passiones, qđ de illo demonstrari possunt cuiusmodi, ens per accidentem sum numerus sonorus, linea visualis, & huiusmodi, datur. Septima afferri solet, vt sit semper, & ubique quia supponitur esse universalis, quod dicitur esse semper, & ubique modo explicando vbi de viuieralibus, quare hæc conditio non distinguitur à quarta. Octava, vt sit necessarium, seu non possit aliter se habere. Nona, vt sit aeternum, & consequenter in generabile, & incorruptibile. Decima, vt ex præcognitione disci possit. Sed hæc tres ultimæ sunt conditiones connexionis prædicati cum subiecto, non autem subiecti præcisè, eatenus autem dicitur conexio prædicati cum subiecto scientie esse necessaria, & aeterna, quatenus posito subiecto in quacunque differentia temporis seu durationis necessariò illi conuenit prædicatum. Additur à quibusdam alia conditio, vt subiectum scientie non sit res à nobis operabilis, seu cuius principia sunt in nobis, sed sit res tantum speculabilis, cuius principia sunt in ipsa re. Verum isti scientie nomen sumunt angustius, ut soli speculativa conuenit, cum tamen etiam practica sit vera, & propria scientia.

8. Recepit autem scientiam speculativam à practica in hunc modum distinguere Aristoteles. Met. tex. 3. vt speculatio finis sit veritas, practica autem opus, vbi non loquitur de fine proximo, qui tamen scientia speculativa, quām in practica habituali est cognitioni sui obiecti, sed de remoto, qui in speculativa coincidit cum fine proximo sub alia ratione spectato, in practica distinguuntur à fine proximo, & est illud ad quod cognitio obiecti, que est finis proximus, ordinatur. Ut autem scientia speculativa à speculatione, sic practica à praxi dicitur ledūs, qđ Latinis est actio, apud Aristotalem dupliciter sumitur, vel presē pro operatione libera sive voluntatis, sive alterius cuiuscumque potentie voluntati subiacens, quatenus est regulabilis regulis scientia moralis, & prudentiae, vel latē pro operatione libera tūm interna intellectus, tūm externa potentia factiæ, seu exequentiæ, quatenus est regulabilis aliis quibusdam regulis, operatio quidem interna intellectus regulis Logicæ, operatio autem externa potentia factiæ, seu exequentiæ regulis scientia factiæ, & artis. Operatio enim qđ nullo modo li-

Scientia
et spe-
culati-
onis op-
eratio

bera, & consequenter nullo modo est regulæ capax, nullo item modo est praxis.

85 Et iuxta duplēcēm hanc praxis accēptionēm duplex etiam decessario distinguitur: est scientia-practica, altera- præsē sic dīcta, quæ circa praxim præsē, altera latē sic dīcta, quæ circa praxim latē sumptum in veretur. Dua autem requiruntur, & sufficiunt conditiones, vt cognitio, & scientia dicatur circa praxim versari, seu ad praxim dirigi, & conqueſtēre eße practica. Prima est, vt sit de re operabili, cuiusmodi est intellectio, volitio, saltatio, adſidatio. Secunda vt procedat, modo operabili, hoc est, vt cognitio illa, & scientia tradat modos, seu regulas, vel potius ipsa metu modos, seu regula formulari operandi. Ex his colligitur definitionem praxis, quām tradit Scotus in prologo sententiarium quæst. 4. his verbis. praxis est alius alterius potentia, quām intellectus naturaliter posterior intellectus: natus dici conformiter ratione recte ad hoc, vt sit actus rectus: non esse ad aquam tam. Colligitur præterea, vt scientia dicatur procedere modo operabili, & conqueſtēre eße absolutę, & simpliciter practica, non sufficere, vt ex sola intentione scientis dirigatur ad praxim: nec vt ex cognitione veritatis, quām scientia ijlā tradit colligi possit, aut etiam debeat modi, seu regulæ bene operandi: nec vt ad praxim quomodocumque etiam natura sua extenderetur.

86 Denique ex ijsdem colliguntur ea, in quibus conueniunt, & ea in quibus differunt scientia speculativa, & scientia practica. Conveniunt enim tum quod virtusque est diffensoria, & euidens: tum quod virtusque est si habituali eferunt sit. Finis proximus est cognitio sui obiecti. Differenti vero, tum quod finis remotus scientia speculativa coincidit cum fine proximo iuuentum, finis autem remotus scientia practica differentia fine proxi- mo eiusdem: tum quod scientia speculativa potest agere, & de re, non operabilis, & de re operabilis; scientia autem practica non potest agere nisi de re operabilis: tum quod scien- tia speculativa licet aliquando agat de re operabilis, non agit tamen de illa modo ope- rabili, sed speculativo: scientia autem practi- ca, & agit de re operabilis, & modo operabili. Itaque scientia, & vniuersaliter cognitio speculativa a practica non accidentaliter tam, sed essentia altera differat.

87 Scientia habitualis, hoc est habilitas intellectus ad facile producendum actum scientiz, quam datur certum est, non est pura

relatio resultans ex positione specierum intelligibilium, ordinatarum in codice intellectus, qualitas potentia intellexu super addita distincta à speciebus intelligibilibus sed identificatur cum ipsis speciebus intelligibilis, non quidam simplicies, seu representatiui rerum simplicium, sed complexis, seu representatiui rerum complexarum scibiliuum, & in illis formaliter consistit, si cut opinio habitualis formaliter consistit in speciebus intelligibilibus complexis, seu representatiui rerum complexarum opinabilem. Ac scientia quidem habitualis partialis viuis formaliter conclusionis est vna qualitas realiter simplex, seu non realiter composta ex multis, hoc est una realiter species intelligibilis viuis formaliter conclusionis scientifica: scientia autem habitualis totalis non est una qualitas simplex, sed aggregata ex tota qualitatibus, seu habitibus realiter, & specie: diffinita, quorunt sunt conclusiones, ex quibus collecta est, & ad quas inclinat realiter, & specie distincta.

38 Producitur habitus scientiarum per actionem scientiarum, & quidem habitus scientiarum partialium unus simpliciter per unicum simpliciter actionem scientiarum, habitus vero totalis per multos. Quod idem proportionale dicendum est de habitu in partiali, ut ratiō opiniatio, non item de habitu virtutis moralis, qui communiter per se nūcā actū non producitur, quamvis eum aliquādo per unicū actionem produci nihil repugnet. Concurrit autem actus ad habitum, & coequenter actus scientiarum ad habitum scientiarum efficienter, sed aduenturum est actum habere in se duplēcē rationem, actionis scilicet, & qualitatis, concurrent autem ad habitum efficiēt, non quatenus alio est, sed quatenus qualitas, & quidem actiua est: non concurrent tam, vt instrumentum potentia propriā, & prese loquendo, sed vt efficiens proximum principale, sicut parte. Nec dicendum est habitum esse simpliciter perfectiorem actu, sed ex contrario, sicut etiam habitus sit secundum quidem perfectior actu.

89 Dupliciter dici potest augeri habitus, intensius, & extensius. augmentum intensius dicitur, quodam habitus in ordine ad idem obiectum magis perficiunt, & consequenter magis inclinat, seu magis aptam, & facilem reddit potentiam ad similes actus elicendos. augmentum extensivum dicitur, quando habitus ad plura obiecta, seu ad plures eiusdem obiecti partes extendit, et paulo post dicitur. Atque in eisdem quidem augmentis

tum in habitu scientia datur. sed tam de habitu scientia, quam de habitu in communione dubitari potest, an intendatur solum per actus intensiores, an etiam per aequales, vel minus intensos. In qua dubitatio distingendum est. dupliciter enim intelligi potest habitus intendi, primò in ordine ad efficiendos actus intensiores, quam per actus omnes illi, quib. habitus productus, vel fuerint omnes illi, quib. habitus productus, vel actus est. Secundò in ordine ad efficiendos actus aequè intensos, que fuerint illi quibus habitus productus, vel actus est, multoq; magis ad efficiendos actus minus intensos. Loquendo igitur de primo intentionis modo, dicendum est nullum habitum intendi nisi per actum intensiorum, loquimur autem de habitibus acquisitiis, & naturalibus, nam de infusis, & super naturalibus non est nostrum hic disputatione. Loquendo autem de secundo modo intentionis, dicendum est habitus quidem potentie appetitus intendi posse per actus aequales, habitus vero potentie intellectus non posse intendi per actus aequales. Extensum vero augmentum in habitu scientia dupliciter intelligi potest; Primo ita ut unus, idemque habitus scientia per simplicem suam entitatem virtualiter extendatur ad efficiendos plures actus eiusdem speciei; & hæc extensio conuenit omni habitui, nec aliunde habetur, quam ab eodem actu, quo productus est habitus. Secundo ita ut unus deinceps habitus scientia virtualiter extendatur ad efficiendos plures actus diversarum specierum; & hæc extensio non conuenit habitui scientia: Tercio ita ut postquam productus est simplex aliquis, & partialis habitus ad scientiam aliquam totalem pertinens, alij subinde, atque alij simplices, partialesq; habitus ad eandem scientiam totalem pertinentes producantur, atque ita primus ille simplex partialisque habitus datur improprie augeri, atque extendi quantum alij habitus ab ipso realiter distincti, cum ipso tamen aliquomodo non per ordinatam aggregationem facientes, illi adiunguntur; & hæc extensio conuenit omni habitui scientia.

90. Habitus emnis, & consequenter etiam habitus scientia concurredit ad actus non dispositiū tantum, sed effectiū, & quidem etiam principaliter, non tamen ut principiū effectuum totale, sed partiale. Neque vero habitus scientia in actu efficit solum intensiōnem, aut facilitatem, quas aliqui male dicunt esse modos actus; sed efficit omnia quæ sunt in actu, hoc est entitatem, inten-

sionem, unitatem, veritatem, bonitatem eo modo quo effici possunt. Facilitas autem nihil est reale in actu, sed denominatio exercitata à potentia operante sic disposita: deleteratio vero actus ab habitu eliciti secundū id, quod dicit in actu, non est aliquid realiter distinctum ab ipso, sed ipse metus, quatenus natura, & dispositioni operantis cōueniens est. Non potest tamen vilius habitus, & consequenter nec habitus scientia conferre potest, vim ad elicendos actus intensiores, quam potentia ipsa ex se possit efficiere, & quamvis directe, & per se non possit actus conferre potentia vim ad efficiendum, actum intensiōrem quam fuerit ille, quo ipse productus est, per accidens tamen, & indirecte, hoc est ratione potentie, cum qua operatur, potest ita concurre etiam ad actum, quem potentia, ut naturaliter affecta aliquando elicet intensio regum fuerit ille actus, quo productus est habitus, vt non solum concurrat ad gradus intensiōis sibi correspondentes, sed etiam ad veteriores omnes.

91. Cum Aristot. primo Postler t. 17 enumeret quatuor, nempe rem scitam, scientem, carceritam obliuionis, seu recordationem conclusionis, & carentiam obliuionis, seu recordationem medijs, quibus remanentibus scientia remaneat, & quiorum aliquod deficerere oportet, si scientia deficiat, loquitur præcipue de scientia actuali. Nec ita intelligentia est, ut velit ad interitum rei scitum, quo ad existentiam aut scientiam, id est he minis, interire scientiam; sed ita, ut velit, si res scita, id est connexionis predicati cum subiecto demonstrationis, dissoluatur per posibile, vel impossibile, quamvis re uera id sit impossibile; vel sciens tecundum eam partem secundum quam est sciens, id est secundum animam intelligatur tolli, quod tamen naturaliter est impossibile, vel incidat obliuio conclusio[n]is vel medijs, ex que proxime habetur confluens, non possum elicere actus scientia illius conclusionis. Scientia autem habitualis neque ad suam existentiam neq; quo ad usum per se corrupti, aut minui potest per solam cessationem ab actu, per accidentem tamen potest, quamvis non necessario id fiat: neque item per se corrupti, aut minui potest quo ad suam existentiam per lesionem organi corporis, aut corruptionem, perturbatum, nemusphantasmatum, à quibus eius productio, & vñs dependet, per accidens tamen potest per lesionem organi corporis, aut corruptionem perturbationemphantasmatum predictorum impediti, seu corrupti, quo ad vñm,

14
Scientia
corruptionis

immo, & quo ad existentiam, quamvis hoc ultimum non semper accidat. Eadem sciencia habitualis, quo ad suam existentiam per se corrupti potest effectu quidem ab actu, formaliter autem solum ab habitu opinonis falsa, vel erroris ipsi oppositi. In eo autem opinio falsa, & error conueniunt, quod utramque est cognitio falsa, & scientia conseruari opposita: in eo vero differunt, quod opinio falsa est cognitio falsa existimata probabilis: error autem est cognitio falsa existimata cvidens.

15
Sciencia
totalis.

92 De veritate, & distinctione scientie totalis, cuius iam sapientia est mentio, illud ante omnia statuendum est, non vnam tantum eis scientia in totalem rerum omnium, sed plures non solum ob commoditatem ipsas tractandi, ac perdendisi, sed etiam ob ipsarum naturam aliquomodo a parte rei distinctionem, sicut in ratione generica scientis vniuersae omnes conuenient. Non recte tamen scientie totales in vniuersum distinguuntur ex sola distinctione abstractionum à materia, quia vnius illarum scientiarum totales, qui habent distinctionem abstractionis obiecti formaliter inter se distinguantur, tum specie, tum etiam generice subalterno. Et in hoc sensu recte dicuntur Phisica, Mathematica pura, & Metaphysica inter se distinguunt ex triplici abstractione à materia, quarum prima est abstractio à materia signata, seu singulari tantum, sed non à materia sensibili. Et tributur Phisica, qua considerat materialia sensibilia, non tamen in singulari, sed in communisquam ob rem à materia sensibili singulari dicitur abstractio, nec re, sed ratione, à materia autem sensibili communii nec re, nec ratione. Secunda est abstractio ab omni materia signata, & sensibili, sed non à materia intelligibili, & tributur mathematica pura, qua considerat materiam intelligibilem, hoc est, quantitatem ab omnibus accidentibus sensibilibus abstractam per rationem: ideoquā à materia sensibili dicitur abstractio ratione, sed non re, vt libro secundo magis explicabitur. Tertia est abstractio ab omni materia, sive sensibili, sive intelligibili, & tributur metaphysica, qua considerat res carentes omni materia, siue sensibili, siue intelligibili, vel absolute, & realiter, vt sunt Deus, & intelligentia, vel saltem, eri indifferentiam, & formaliter, ut ratione, & ratio vnius, & huiusmodi aequaliter, & in aliis materialibus, & immaterialibus, & in aliis, abstrahant, & in utrisque re consistat in re, & propter ea dicitur abstractio ratione, & in aliis, in aliis sensibili, sive intelligibili.

16
Abstra
ctiones
a mat
eria.

bili, & ratione, & re alternto ex predictis modis.

93 Licer autem recte tres abstractiones à materia distinguuntur, vt dictum est, alio tam modo, materia analogie, vt in predicta divisione, sed adhuc latius sumpta, multo plures distinguuntur possumunt, ita vt alia, sit abstractione à materia signata, alia à materia sensibili sumpta pro materia prima affecta quae sitatibus sensibilibus, alia à materia sensibili sumpta pro substantia corpore, completa, & simplici, qualiter aliqui putant esse substantiam coeli, alia à materia intelligibili sumpta pro quantitate, alia à materia sensibili, & intelligibili, sed tantum per indifferentiam, qualis est abstractio transcendentium, alia à materia sensibili, & intelligibili non solum per indifferentiam, sed ab solutè, non tamen ab ordine ad huiusmodi materiam, qualis est abstractio animæ separatae, alia ab omni materia sensibili, & intelligibili, & ab ordine ad illam, & potentialitate predicta, qualis est abstractio Dei.

94 Sicut igitur scienciae totales in vniuersum non recte distinguuntur ex sola distinctione abstractionum à materia, vt dictum est: ita nec recte distinguuntur ex eo, quod alias res sint scibiles definitione, alia demonstratione per media intrinseca, alia demonstratione per media extrinseca, quorum primum Metaphysica, alterum physica, tertium Mathematica conuenire, male quidem tradiderunt: nec item ex sola subordinatione effectiva inter plures conclusiones, quarum una ex alia derivetur: nec ex sola attributione, seu habitudine ad unum subiectum totale. Sed unitas, & consequenter distinctione scientiarum totiarum in vniuersum sumitur ab vniate subiecti totalis sumptu non secundum se, sed in seipso est per principia propria, que non pendeant ab alijs principijs. Recte nihilominus dicuntur scientiae totales summae vnitatem, & distinctionem à fine. Nec vila sciencia totalis est vna nisi vnitate ordinis, seu aggregationis ordinantis per habitudinem plurium non solum numero, sed etiam specie distinctiarum scientiarum partialium ad idem subiectum totale in ratione scibilis modo explicato.

95 Scientiae totales inter speculativas sunt Physica, Mathematica, metaphysica: in ter presé, vel latè practicas Moralis, Logi-

ca,

ca, & Scientiæ, quæ dicuntur factiuncæ, se ar-
tes docentes, quæ plurime sunt, alia nobilio
res, digniores alia, quas hic enumerare ni-
hil attinet. Cum tamen Mathematica min-
ter speculatiæ numeramus, nō accipimus
illam adæquatæ, quomodo multas etiam pra-
cticæ continet, sed in adæquatæ, vt magis li-
bro secundo patebit.

96 Subalternæ Scientiæ dicitur in com-
muni, aquæ alia dependet: subalternata ve-
ro, quæ ab alia dependet. Quod tripliciter
sicut potest, vel ratione finis, vel ratione su-
biecti, vel ratione principiorum. ratione
finis illa subalternatur alteri, cuius finis
subordinatur fini alterius: quomodo finis
transficiuntur subordinatur fini equestris.
ratione subiecti illa subordinatur alteri
cuius subiectum continetur sub subiecto
alterius, vel ita, vt illud contrahat per
differentiam essentialem, quo modo corpus
elementare continetur sub corpore natura-
li, vel ita vt illud contrahat per differentiam
accidentalem, quo modo numerus sonorus
contrinetur sub numero. ratione principiorum
denique illa subalternatur alteri, cuas prin-
cipia sunt conclusiones in altera demonstra-
tæ, quo modo principia musicæ sunt conclu-
siones demonstratæ in Arithmetica.

97 Illa tamen tantum simpliciter dici so-
let Scientia alteri subalternata, quæ ab altera
dependet: tum ratione subiecti contenti
sub subiecto alterius, sed contracti tantum.

per differentiam aliquam accidentalem, tū
ratione principiorum in altera demonstrato-
rum, quo modo Musica dicitur subalternata
Arithmetica, Perspectiva Geometria, &c.
Sed quoniam Aris, i poster. tex. 30 docet sen-
tiorum (id est Multorum, Perspectivorum,
& aliorum qui verantur circa subiectum
mathematicæ, contractum per differentiam
aliquam accidentalem sensibilem) esse sci-
ere quod, mathematicorum vero, scire pro-
pter quid: id non ita accipendum est, quasi
in Scientia subalternata sciatur quod, in sub-
alternante vero propter quid eiusdem con-
clusionis quomodo cumque, sed ita ut in sub-
alternata, quidem sciatur. Quod conclusio-
num per experientiam, & inductionem, in
subalternante, vero sciatur propter quid ea-
rundem conclusionum, led abstracte non au-
tem applicatæ ad eadem conclusiones. Et
quamvis in subalternata sære sciatur etiam
quod aliquorum principiorum per experi-
entiam item, & inductionem: huiusmodi tamē
Scientia quod, siue principiorum, siue conclu-
sionum independens a subalternante non ni-
si ratione obiecti materialiter sumpti dici
potest subalternata. Sed haec de Scientia satis
hic sit. Quæ cuim de illius cum aliis habitu-
bus comparatione addi possint, partim ex
qua dicta supra partim ex alijs, quæ se-
quentib. libris dicenda sunt, baut ita q̄a ḡo
negotio intelligentur.



THESIVM PHILOSOPHICARVM LIBER II.

EX PHYSICIS.



E prestantissima naturalis Philosophiae dignitate, pari cum amicitate, ac fructu coniuncta, tanta mibi, tamque latè patens dicendi seges oboritur, quanta est, quamque se latè fundit ipsius vis, univeritasq; naturæ. Sed, cum neque maximarum, pulcherrimarumque rerum cognitio, quam hæc naturæ contemplatrix, & iinterpretis disciplina complebitur, meam aut cuiusquam commendationem desideret: neq; hic id agatur, ut quanta sit huius scientie prestantia, quæsa iucunditas, quantus vñus, longo verborum ambitu explicetur, sed id potius, ut rerum ipsarum sub physicam contemplationem cadentium ampliudo, brevibus inclusa thesibus, in lucem, asper & umque, quo ad fieri potest, proferatur: illud rancum antequam rem aggrediar, monendum existimo: quemadmodum nihil in natura est, in quo non mirandum aliquid infit, ex Aristote. libr. 1. de partib. Animal. cap. quinto, sententia sita nihil in illa esse, quod non audiā inuestigandū, attente, subtiliterque cognoscendum, & singulari quadam cum animi propensione adamandum, atq; amplectendum videatur. Abiurdum enim (eiudem ibidem summi Philosophi verba usurpabo) nullaque ratione probandum est, si imagines quidem rerum naturalium, non sine delectatione propterea inspectamus, quod in genium vñus contemplamur quod illas condiderit, id est artem pingendi, aut fingendi: rerum autem ipsarum naturæ ingenio, miraque solertia constituentium contemplationem, non magis prosequamur, atque exosculemur, modo causas perspicere valeamus.

Physice natura, eiusdem, & Mathematicę discrimen, queque ad libros de Physico auditu in universum, eorumque Propositum pertinent:

Cap. L.

Physica
Medie
Magia
naturae.



98 **P**hyficam esse scientiam, & quidem speculatiua libro superiori iam di xi. addo hic eam, cum speculatiua esse dicitur, sumi ut distinguitur à Medicina, & Magia naturali: quicq; dupl citer ac eip; possunt, vno modo, vt sunt artes videntes, & ne non sunt scientiae, & consequenter nec partes Physicæ: altero modo, vt sunt artes docentes, seu tradentes precepta demò Aratia, Medicina quidem fananorum corporum, Magia vero naturalis efficiendorum operum admirabilium ex varia copulacione rerum naturalium, & sic sunt quidc; scientiae, sed practice, & consequenter nomine Physica simpliciter sic dicātur, qua de hic loquimur, tanquam eius partes non comprehendenduntur.

Physica
fabicia.

99 Subiectum materiales, seu quod idem est, subiectum attributionis scientiarum Physicæ rectè assignatur, sive dicatur esse corpus, sive substantia, sive ens, sed melius si dicatur esse corpus, quod solum est subiectum materiale, tunc attributionis scientiarum Physicæ ad quantum: ratio verò formalis: subiecti, sive obiecti, seu quod idem est, obiectum formale Physicæ noui rectè assignatur, si dicatur esse mixtum, vel generabile, & corruptibile, si quidem calum ponatur in generabile, & incorruptibile: rectè autem assignatur, sive dicatur esse sensibile, sive mobile, sive naturale, sed melius si dicatur esse mobile, quam si sensibile, & adhuc melius si naturale, quam si mobile. At subiectum Physicæ materiales, & formale simul, rectè assignatur, sive dicatur esse corpus naturale, sive corpus, vt naturale, sive corpus naturale, vt naturale; quamvis his duobus posterioribus modis paulò clarius significetur, naturale esse rationem formalem, sub qua corpus naturale consideratur in Physica.

100 Cum autem dupliciter possit Physica considerari, vel secundum se, vel vt ab Aristotele tradita est; secundum se duas in partes tributur, quarum prior agit de corpore naturali in communis, posterior de speciebus illi subiectis, quæ deinde pars ita subdividi potest, vt primo agatur de corpore simplici in communis, secundo de Celo, tertio de elementis, quarto de mixto in communis, quanto de mixtis imperfectis, sexto de mixtis perfectis inanimatis, septimo de mixto perfecto animato in communis, octavo de animato tantum anima vegetativa, nono de animato anima sensitiva, decimo de animato anima rationali. Qui tamen ordo catenus feruanus est, quartus maior doctrinæ facilitas in scientijs tradendis principiæ spectanda patitur. Ut verò ab Aristotele tradita est, dividitur eadem Physica à quibusdam, nec immērito, si nomine Physica intelligatur omnis doctrina tradita ab Aristotele in omnibus libris ad Physicam spectantibus, in tres partes, quarum una continet falsa, altera probabilia, tertia scientifica. Sed si spectetur divisio ipsius Aristotele, decem videatur habere partes. Prima continetur octo libris de Physico auditu: Secunda quatuor libris de Celo: Tertia duobus de Generat. & Corrupt. Quartæ quatuor libris meteorologicis. Quinta tribus libris de anima. Sexta libris partiorum naturalium: Septima decem libris de Hist animalium: Octaua quatuor libris de partibus animalium: Nona duobus libellis, altero de insectis, altero de motu animalium, quamquam hic ad parva naturalia pertinet: Decima quinque libris de generatione animalium. Libri autem duo de Plantis, libellus de Mundo, & alijs quidam Aristotele tribus soliti, non purantur communiter esse Arist.

Eiusdem
Dissicio

101 Ordine naturæ, seu secundum naturaliam Physica est posterior Metaphysica, sed prior omnibus aliis scientijs: ordine verò doctrinæ, seu secundum nos Physica est poste-

4
Eiusdem
ordo ad
alias
scientias

rior

Mathematica
dimisit.

Physica
& ma-
th. in
quibus
conso-
nit.

rior Logica, & Mathematica, sed prior Meta-
physica & Morali: Ordine deniq[ue] dignitatis,
Physica simpliciter est posterior sola Meta-
physica, prior vero reliquis omnibus scientiis.

103. Libet hic etiam disciriēnē Physicæ, & Mathematicæ, de quo Aristoteles se-
cundo Phys. t. 16 ad a. 7 agit, adiungere,
sed illud prius ponendum est, Mathematicæ
disciplinas in dupli esset differentia, na-
m alia dicuntur puræ, quia pro subiecto
habent puram quantitatem, ab omni qual-
itate sensibili abstractam, Geometria, scilicet,
qua continua, & Arithmeticæ, qua di-
scretam quantitatem considerat: alia mi-
xæ, quia pro subiecto habent quantitatem
affectionis aliqua qualitate sensibili, & ha-
sunt quatuor, Astronomia, qua quantita-
tem, sive permanentem, sive fluentem mo-
tus Mundi rotius, & præcipue cælestium cor-
porum, Perspectiva, qua quantitatem vi-
sualem, & luminosam, Musica, qua quanti-
tam discretam in fous, seu numerum sonorū,
& Mechanica, qua quantitatem gra-
uem, & leuem, & præcipue machinarum conser-
vadat. Atque ad has quatuor alia om-
nes Mathematicarum instauram rationem par-
ticipantes, quas hic persequi nihil pœ-
cille est, aliquo modo pertinent. Eadem ha-
s Mathematicæ multæ appellari etiam solent
medie, quia medie quodammodo sunt in-
ter Mathematicas puras ab omni qualitate
sensibili abstractas, & Physicam, qua tota
est in rebus sensibilibus, ut propter merito
de ipsiis quatuor possit, sicut ne magis Mathe-
maticæ, an Physicæ, simpliciter tamen magis Mathematicæ, quam Physicæ habenda
sunt.

103. Cum autem Physicæ, & Mathematicæ
disciriēnē inquirimus, nomine Mathe-
maticæ intelligimus non solum Mathematicæ
cas puras, sed etiam mixtas, seu medias, & in
hoc sensu conuenient Physicæ, & Mathe-
maticæ, quod vtraque est veræ, & propriæ sci-
entia, & quidam speculativa, ù sermo sit de
Physicæ, & Mathematica simpliciter, & prin-
cipaliter sic dicta, latius enim sumpta Phy-
sicæ, & Mathematica vtraque sub se compre-
hendit alias etiæ sciencias practicas, Physi-
ca quidam Medicinam, & Magiam natura-
lem, de quibus supra diximus. Mathematica
verò totidem practicas, quot speculativas, quod
nempe Geometriam practicam, ad quæ pro-
priæ pertinent etiam Problematæ euclidis,
Arithmeticam practicam, Astronomiam gra-
dicam, &c.

104. Differunt autem primò exdem scie-
tia, quod Physica considerat omnia quatuor
genera cauſarum, nō virtualium tatum, sed
actualium, seu simpliciter sic dictarum: Ma-
thematicæ vero puræ quidem, & speculati-
vae considerant tantum cauſam materiæ.
& forquam virtualis; practicas autem, sive
pure, sive mixta, seu medie sint considerant
necessario cauſam finalem; mixta denique,
seu media aliquæ considerant etiam cauſam
efficientem. Hinc eos redarguas, qui Mathe-
maticas aliæ procedere per media extrin-
ca, cum omnes Mathematicæ demonstratio-
nes hoc nomine sanè digniſſimæ, vel proce-
dant per cauſas, quas diximus, vel per paſſio-
nes quidem, sed tales, vt cuore de qua agi-
tur necessarij connexæ sint, & euidenter in-
ferant conclusionem.

105. Differunt secundò Physicæ, & Ma-
thematicas pure in abstractione à materia,
vt dictum est libro superiori ea. vltimo. Ad-
di autem, & ibi, & hic, sive quæcumq[ue] de puris
tantum Mathematicis, non item de mixta si ad
quatenus sumptis disciriēnē illud intelligenda
est, cum aut Aristoteles docet Mathematicæ
abstrahere à motu, & definire sine motu, vt
ait. Phys. t. 19. & entia mathematica es-
se sine motu, vt loquitur 1. Metaphys. t. 19.
& idcirco appellant immobilia 3. metaphy. t.
3. 6. metaphy. t. 2. 3 de Cglo t. 55. & alibi
, non loquuntur de omnibus Mathematicis,
sed tantum de puris. Et cum idem Aristot. 3.
metaphy. t. 3. dicit mathematicum ab-
strahere etiam ab ente, & bono, non ita intel-
ligendus est, vt velit subiectum mathematicæ
nullo modo participare rationem entis,
& boni, sed ita, vt velim mathematicum non
considerare ens, & bonum, vt ens, & bonum
formaliter, sed tantum materialiter. Dici est
potest mathematicum non considerare ens
simplicer, & principaliter sic dictum, id
est substantiam, vel etiam non considerare
ens sumptum participialiter, id est existens,
quatenus ea, quæ docet aequæ valentem quan-
titatem, & numero non existente, sed vel præ-
terito, vel futuro, vel possibili, neque in exi-
stente, quod tameo non est proprium mathe-
matica, sed communè alijs scientijs, quatenus
abstrahunt ab existentiæ suorum subiecto-
rum, licet nō omnes eodem modo possint
abstrahere.

106. Differunt tertio exdem scientijs, quod
Physica considerat corpus naturale, vt subiectum, quantitatem, cuius proprietatem ut
Mathematica considerat quantitatem ipsa,
vt subiectum. Tripliter enim potest con-
siderari.

T
Eraton-
dem di-
serim
us.

derari quāritas, primo videnti, seu species en-
tis, & sic spectat ad metaphysicam, vt sp̄s
subiecti. Secundo, vt passio, seu affectio corpo-
ris naturalis, & sic pertinet ad Physticam, vt
passio subiecti tertio, vt subiectum aliarum
multarum passionum, seu affectionis sine vi-
lo ordine ad corpus naturale, & sic pertinet
ad Mathematicam, vt subiectum. Quod tñ
intelligendum est de subiecto Mathematicae
magis noto, & vt Mathematica communiter
traditur, alioquin enim qua docentur in Ma-
thematica de quantitate, sive continua, sive
discreta ita proportiona jiter locum habeat
in quantitate virtuali, vt in actuali, seu for-
malis, immo ita proportionaliter in quantitate
reali, neque vero subiectum Mathematicae
est quāritas finita, nec infinita, sed abstra-
hens, & utrāq; sive comprehendens, quis
vt plurimum sit finita. Ratio autem forma-
lis hinc subiecti sumitur ex scibitare per
propria principia. Atq; ex his facile colligi-
posunt aliae minoris momenti inter Phystica
& Mathematicam differentiaz.

107. Octo libri, quos Aris. merito inscripti
de Phystico auditu non soli sunt vere, & pro-
priè phystici, sed inter libros Physticos acro-
maticos primu obtinent locū: eorumq; subie-
ctum est corpus naturalē in cōfūsione simili-
sumptu: ; eorumdem initiu: spe-
cato ordine doctrinæ est primus liber nō sec-
undus, quis specato ordine naturæ sit secu-
dus non primus. Partitio eorumdem libe-
rum duplex est potest, vna est, quæ fecit ipse
Arist. in octo partes totidem libris compre-
henſias: altera est in duos primos libros, in
quibus agitur de principijs effendi, intrinſecis,
& extrinſecis corporis naturalis, & in re-
liquis in quibus agitur de principijs cogni-
ſi, seu de paſſionibus eiusdem.

108. Propolitio illa, cognoscere, ac scire cō-
tingit circa omnes methodos, quarum sunt
principia, aut causa, aut elemēta, ex horum
cognitione, quæ Aris. eisdem libros exordi-
tut, licet non male intelligatur de Scientia
propriæ, & prefæ ciēta, potest tamen intelligi
de quacunque cognitione, sive definitiua,
sive diuīſua, sive diſcurſua, per principia ef-
fendi, de quibus ibi sermo est. Illa etiam pro-
positio, ut putamus cognoscere vnum, quod-
que, cum causas primas cognoquerimus, &c.
intelligi potest de quacunque cognitione ha-
bita per principia effendi. Ceterum ad per-
fectam cognitionem definitiua m preſet sum-
ptu, sive substantia, sive accidentis requiri-
tur, & sufficit cognitio cauſarum internarū,

& illarum externarum, sive illorum termi-
narum, ad quos definitum dicit ordinē essen-
tialem: ad perfectam autem cognitionem de-
finitiuam cauſalem requiritur, & sufficit co-
gnitio illarum cauſarū, quæ cum definito co-
uerſtū: ad perfectam cognitionem demonstrati-
uā p̄ qd totale requiritur, & sufficit cognitio
omnū cauſarū proximarū: ad particulas
vero sufficit cognitio unius cauſa proxima.

109. Sicut aut in t. 1. Proq̄m corudem li-
brorum Arist. indicat viam magis principale
doctrinæ quo procedit a priori, ita in t. 2. &
3. proponit viam minus principale, quo proce-
dit a posteriori, seruandā non solū in his oīto
libris, sed ēt in toto phystica. Et p̄ cōfūsa ma-
gis in t. 3. intelligit, tū corpora naturalia, vt
tora quādā definibilia affecta suis accidenti-
bus, & mutationib. sensibilē abstrahēdo ab
eo, qdā sint cōposita substantialiter, vel nō, tū
ēt quæſtiones, seu pronuntiata generalia, à q
bus in investigatione principiorum exordit,
sumpta quatenus conferunt non solum ad in-
vestiganda principia corporis corruptibilis, si
sed et quatenus conferunt ad inuenienda prin-
cipia corporis naturalis in cōfū, quod secundū
Ar. abstrahit a corruptibili, & incorruptibili.
A uia doctrinæ differt ordo doctrinæ, de
quo Aristot. tēx 4 & 5. qui, per se loquendo
iumentus ēt a notiorib. nobis, non autem
a naturali rerum tractandarum ordine: &
consequenter ordine doctrinæ per se loquendo
& vt plurimum progrediendum est ab
vniuersalioribus ad inminus vniuersalia: re-
gēte dividitur ordo doctrinæ, in eum, qui
dicitur necessitatib., & eum qui dī ob melius.

110. Singularia sunt nobis notiora cognitioni
ne cōfūsa quām vniuersalia, si sermo sit de
cognitione cōfūsa, qua una res dī confusæ
cognosci, quæ non cognoscitur in se, sed in aliis.
lubinet intelligit tamē est in utraq; cōcluſio-
nis parte, vt plurimū, nō vniuersaliter. Eadē
singularia sunt notiora nobis cognitione
distincta quām vniuersalia, si sermo sit de
cognitione distincta opposita cōfūsa, de
qua in secunda parte superioris conclusio-
nis, hoc est de cognitione distincta qua res
in se secundum omnes partes, seu rationes
non tamē quæſcunque, sed intrinſecas fini-
gillatim sumptas, cognoscuntur. Sed sunt no-
tiora sive sermo sit de cognitione cōfūsa op-
posita distincta de qua in secunda parte eius-
dem superioris conclusiois, hoc est de co-

⁸
Musica.
subie-
ctum.

⁹
Libri de
physico
anditu.

¹⁰
Cogni-
tio ex
princi-
pī,
& can-
ſis, &
elem.

¹¹
Videtur

¹²
Ordo de
Brina.

¹³
Notiora
& igno-
rācia

gnitione diſtincta, qua vna reſ dicitur diſtincta cognoci, quando cognoscitur in ſe, non in alio, huc ferme ſit de cognitione diſtincta oppoſita conuifis, de qua in prima parte eiuldem superioris conclusionis, hoc eſt de cognitione diſtincta, qua vna reſ dicitur diſtincta cognoci in ſe secundum omnes suas partes, ſeu rationes non intrinſicas tantum, ſed quacunque cognofcuntur. Vniuerſaliora fūnt notiora nobis cognitione cōfuſa quā minus vniuerſalia, faltem, vt pluri-
mū ſunt verò ignitoria cognitione diſtin-
cta, ſi tam vniuerſaliora, quā minus vni-
uerſalia fūnt, vt tota potentia. Rur-
ſus vniuerſaliora fūnt nobis notiora, quam
minus vniuerſalia, ſi tam vniuerſalia, quam
minus vniuerſalia fūnt, vt tota aequa-
litas, non secundum omnes partes, ſeu ratio-
nes, quas auct̄ habent, ſed vt talia fūnt.

Principia intrinſeca re- rum naturalium.

Cap. I I.

I
Princi-
piy deſi-
nitione.

III
Dincipium in communi reſ ab Aristotele, metaphys. t. ex. primo definitur eſt primū, vnde aliiquid, aut eſt, aut fit, aut cognoscitur. que defini-
tio analogie conve-
nit omnibus principijs, ſue complexis, ſue
incomplexis, ſue intrinſecis, ſue extrinſecis,
ſue compoſitionis, ſue conſtitutionis,
hoc eſt rei in facto eſt, ſue productionis,
ſue transmutationis, hoc eſt rei in fieri, ſeu
transmutari. latius autem paret principiu-
m, quām cauſa, & cauſa quām in en-
tum, vt ex infra dicendis de cauſis, & elemē-
tis patet. Principia verò rerum naturalium
reſ ex codice Aristotele primo phys. t. 42.
definiuntur eſt, que neque ex alterutris ſit,
neque ex alijs, & ex hiſ omnia, ſumpta ſemper
particulatex. Ut dicit habitudinem par-
tis componentis, que tamē definitio non eſt
eſſentialis, ſed accidentalis, & ut ab Aristoteli
traditur, proprie conuenit principijs pri-
mis, & vniuerſalimis, intrinſecis compoſi-
tis, ſue ſubſtantialis, ſue accidentalis, ſed
principiue ſubſtantialis in fieri, ſeu
transmutari, quamuis alioquin applicari eſt.

3
Princi-
piorum
instru-
mento
ſecundu-
rum na-
turalium
deſini-
tio.

poſſit principijs primis, & vniuerſalimis
intrinſecis compoſiti physici, ſue ſubſtan-
tialis, ſue accidentalis, ſed principiue ſubſta-
ntialis in facto eſt.

112 Non idcirco tamen Aristotele, primo
phys. egit de principijs intrinſecis transmu-
tationis compoſiti Physici, ſue ſubſtantia-
lis, ſue accidentalis, ſed principiue ſubſtan-
tialis, ſeu quod idem eſt de principijs intrinſecis
transmutationis corporis corruptibilis,
vt per ea nobis innoceceret corpus corrupti-
bile, de quo deinde agit in libris de genera-
tione, ſed vt conera antiquos, quorum ali
omnem omnino, ſue ſubſtantiale, ſue ac-
cidentalē, ali ſubſtantiale transmuta-
tionem negabant, ostenderet transmuta-
tionem tum accidentalem, tum ſubſtantiale
dari. Atque hoc eo tandem retulit, vt viam
ſibi muniret ad definitionē, & explicationē
nature, & conſequenter corporis naturalis
in communī, quod vt capite ſuperiore di-
ximus eſt ſubiectum librorum de Physico au-
ditu. Tam & fi enim naturam definuit Aristotele
vt inſra videbimus, eſt principium primū
motus, ſeu transmutationis, abſtrahendo à
motu, ſeu transmutatione accidentalē, & ſub
ſtantiali, & veramque ſub huiusmodi motu
comprehendendo, tamē hoc ipsum ſatis
intelligi non potuerit, niſi prius oſcenſum
ſuſtiter transmutationem tum accidentalem,
tum ſubſtantiale dari.

113 Sunt autem prædicta transmutatiō
nis in communī principia intrinſeca ex Ari-
ſtotelica, & vera ſententia, Veterum inter-
rim longe à veritate aberrantium omnis
placitus, tria, non plura, nec pauciora, Mate-
ria, forma, & priuati, ſeu ſubiectum, termini
nus à quo, & terminus ad quem, ut magis ēt
explicabitur inſra, vbi de motu. Principia
autem intrinſeca rei per mutationem perfe-
cta ſumpta in facto eſt, ſunt duo tantum,
materia, & forma. Principia denique intrin-
ſeca rei per mutationem corrupta ſumpta
in corrupto eſt, ſunt item duo tantum, ma-
teria, & priuati. Eadem principia transmu-
tationis ſunt contraria, non tamen omnia,
nec contrarietate preſet dieta, ſed tantum
terminus à quo, & terminus ad quem, qui de-
bent esse contraria priuati, ſed accidēt au-
tem interduum ſunt etiam contrarij poſtu-
m. Non conueniunt tamen prædicta tria prince-
pia in ratione principij vniuocē, ſed analogi-
cē.

114 Materia in communī, quo nomine
Philofophi intelligent informe quid, &
indeterminatum, quod aliqua ratione forma-

3
Lorānd
numero

4
Centra
rictata.

ri, & determinari possit; recte diuiditur pri-
mo in materiam in qua, ex qua, & circa
quam. Subdiuiditur autem materia in qua
tum in primam, & secundam, tum in Phy-
sicam, & Metaphysicam, tum in materiam
educationis, & informationis simul, & mate-
riam informationis tantum. Materia ve-
ro ex qua, tum ijsdem modis, tum in mate-
riam transeunt, & permanentem.
Materia donique circa quam idem est,
quod obiectum, & exinde modo subdiuidi-
tur. Secundum in materiam sensibilem, &
intelligibilem, de qua dictum est libro su-
periori cap. viii. tertio in proximan, &
remotan. Quarto in determinatam, &
indeterminatam. Quinto in particularem,
& vniuersalem non in essendo, sed in causando.
Sexto in artificialem, & naturalem in
ordine ad formas artificiales, & naturales,
quarum est capax. qua eadem ratione pro-
portionaliter diuiditur etiam in natura-
lem, & supernaturalem. Atque haec sunt
materiae in communis diuisiones prae-
cipue.

6
Mater-
ia pri-
ma.

115 Materia prima, quam dari omnino
afferendu[m] est, recte definitur tum ex 7.
Metaphysic. tex. octauo, hoc modo. Materia
est qua per se ipsam, neque est quid, ne-
qua quantum, neque aliud quidpiam eo-
rum quibus ens determinatur, sed id, de
quo horum singula, praedicanter, cui esse,
ac cuique prædicacionum diuersum est ut
ex primo Physic. tex. 8. hoc alio modo. Ma-
teria est subiectum primum vniuersitatisque,
ex quo fit aliquid cum insit non secundum
accidens, & si corruptitur aliquid, in hoc
ablibit. Vt ipsum. Situ h[oc] tamq[ue] ultima par-
ticipia, potest secunda definitio consistere, &
pan[us] clarius. aliter potest eadem materia
prima definita substantia corpore, incom-
pleta apta recipere partim simul, partim suc-
cessivam formas omnes, sive accidentales, sive
substantiales physicas, qua definitio est es-
sentialis. Alix autem d[icitur] ex Aristotele, allat[ur]

116 Quamuis autem materia prima sit
corpore, non constituitur tamen corpora
performantia corporis, sed in parte rei
ab ipso distinctam, qua sit illi coqui a, & de-
bet esse corporeum: n[on] in eni[m] est,
aut esse potest huiusmodi forma corporatis,
v[er]a autem sumatur ratio corporis alio loco
dicitur. Nec est eadem materia prima corpus
volumen celeste elementare, aut minimum, mul-
toque minus corpus de categoria subtilitate,
sed est pars corporis physici, substantialiter

compositi, qua natura sua apta est recipere
omnes formas physicas, vt diximus per apti-
tudinem, seu potentiam vniuersalem, non in
essendo, sed in causando, qua est illi essentia
lis, & dicitur naturalis respectu formarum,
qua ab agente naturali, supernaturali vero
respectu formarum, qua non nisi ab agente
supernaturali in materiam induci possunt.

117 Eadem potentia vniuersalis mate-
riæ, sed vna, & eadem, qua materia respectu
relatione transcendentali sibi identificata
omnes formas, quarum est capax, sive substi-
tutiales, quas primarij, sive accidentales, quas
potentia respectu, sive materiales respectu
quarum, non solum est perfectibilis, sed etiā
fusentia, sive spirituales, vt sunt animæ
rationales respectu quarum est tantum per-
fectibilis. Formaliter tamen, seu virtualiter
eadem potentia uniuersalis materiæ tam
multiplex est numero, specie, & genere, quā
multa sunt numero specie, & genere formæ,
quas materia per illam respectu, & rationes,
quibus illas respectu, mediatè scilicet, vel im
mediate, tanquam ipsarum fusentia, vel
tantum tanquam perfectibilis ab ipsis, &c.
Ita vt non possit materia secundum suam ef-
ficiatiam adæquatè sumptam intelligi nisi
intelligatur, vt respectu omnes formas, qua-
rum est capax, & secundum omnes rationes
quibus eas respectu, quod tamen nihil ob-
stat, quo minus materia adæquatè sumpta
sit vna specie atomi. Et licet h[oc] eadem po-
tentia uniuersalis materia in ordine ad for-
mas que mecumque particulariter dici possit
particularis: solet tamen alio modo poten-
tia particularis-materiæ appellari illa, secun-
dum quam materia per aliquam dispositio-
nem sibi à parte rei superadditam determi-
nat ad aliquam formam in particulari, seu
determinatam, non in numero, nam h[oc] de-
terminatio aliunde sumitur, vt alibi dice-
mus, sed in specie. In quo sensu potentia par-
ticularis materiæ distinguuntur a parte rei ab
ipsa materiæ, adæquate quidem, si sumatur
ipsa inadæquate, seu præcise, vt particularis
inadæquate, verò, vt inclusum ab includētes
signatur ipsa adæquate, seu vt dicit, non so-
lida dispositio particularis, sed materia
affectum huiusmodi dispositio. Non tamē
ad omnem formam particulariem in mate-
ria recipiendam requiruntur potentia particu-
laris hoc sensu accepta.

118 Ut verò recte dicitur materia pri-
ma esse pura potentia respectu formarum, seu
actuum physicorum, ita male dicitur pura
potentia respectu actuum metaphysicorum.

nam, & haber actum essentiaz, & existentiaz existit enim existentia propria, non autem existentia forma, vel compositi: & quamvis naturaliter semper coniuncta sit cum aliqua forma physica tam substantiali, quam accidentali, supernaturaliter tamen potest existere separata ab omni forma physica. Denique habet etiam subsistentiam propriam partiam.

119 Proprietates materiaz primaz sex cō muniquer numerantur. Prima est, quod materia prima est ingenerabilis, & incorruptibilis. Secunda quod est prima radix in suo tamen genere causa generationis, & corruptio nis. Tertia quod non est actiuia. Quarta quod semper est coniuncta cum aliqua forma physica, cum quia componit totum. Quinta quod appetit formam physicam. Sexta quod non est cognoscibilis nisi per formam, seu in ordine ad formam, physicam. Appetitus tamen, qui in ateriaz tribuitur, & est appetitus naturalis passus, sumi potest, tum ut est apperitus per modum amoris, hoc est in ordine ad formam, ut bonum quoddam, abstrahendo ab eo quod sit prae sens, vel ahens, tum ut appetitus per modum desiderii, hoc est in ordine ad formam absentem, tum ut est appetitus per modum implacabilitatis, seu gaucho, hoc est in ordine ad formam praesentem. Si sumatur, ut est appetitus per modum amoris est ipsa potentia essentialis materialis, & consequenter est eius proprietas: si vero sumatur, ut est appetitus per modum desiderii est eadem potentia carentia forma, q̄ poterat, ut sic accidit materia in alia quida p̄ priu o, ut accidens necessarium simpliciter, in actu autem secundo, ut accidens necessarium naturaliter respectu aliquarum formarum, contingens respectu aliarum. Si denique sumatur, ut est appetitus per modum complacentiae est eadem potentia materie habens formam, que item potentia, ut sic accidit materia, ut accidens necessarium naturaliter respectu aliquius formaz, contingens respectu aliquius alterius. Simpliciter tamen loquendo nomine appetitus materie intelligitur appetitus per modum desiderii, qui formaliter sumptus praesente forma tollitur quoad actum secundum respectu illius formaz, non item respectu aliarum; nullo tamen modo ab ipsa materia distinguitur à parte rei nisi ratione carentia, seu priuationis forma, quemadmodum nec alia supra enumeratae proprietates ab eadem materia distinguuntur à parte rei, sed tantu formaliter, seu virtualiter.

120 Forma, quz alterum est principium

intrinsecum rerum naturalium datur à parte rei, & dividitur in accidentalem, & substancialiem, accidentalis est accidentis aptum informare subiectum, & consequenter cum illo constitutuere compositum accidentale. Substantialis est substantia incompleta apta informare materiam, & consequenter cum illa constitutuere compositum substantialie, quæ aptitudinem ad informandam materiam non minus est essentialis forma, quā aptitudo, seu potentia materie ad recipiendam formam, sit essentialis ipsi materia. Dividitur forma substantialis in materialem, quæ educitur de potentia materie, nec naturaliter producitur, aut conferunt potest sine materia, licet supernaturaliter posuit, & immaterialem, quæ non educitur de potentia materie, sed creaturæ Deo nullo tamen modo forma physica estora quidditas, sive essentia rei, licet sit pars eius precipua, in quo sensu de Aristotele dicitur interdum quodquid erat esse rei.

121 Prioratio denique quz tertium est principium intrinsecum rebus naturalibus in fieri, seu transmutari, extrinsecum ipsisdem in facto esse, non est ens positivum, nec ens rationis, licet vt tale concipiatur quiescere, quæ concipiatur per modum entis, sed est negatio forma in subiecto apto habere formam, & dividitur proportionaliter, ut dividitur forma cuius est negatio. Sed de materia, forma, & priuatione, plura infra, partim ubi de cauſis, partim vbi de motu.

NATURA, ET ARS,

Cap. III.

122 Atura interdum sumatur pro tota hac reſu univerſitate ex Deo, & creaturis cōstante: interdum pro Deo ipso, qui à quibusdam dicitur natura naturans, quarenus est author Naturæ, sicut ipsa natura, cuius Deus est author, dicitur natura naturata: Interdum pro causis necessariis operantibus: interdum pro solo mundo sensibili: interdum pro generatione, seu nativitate viventium: interdum pro essentia cuiusque rei: Interdum denique

¹
Natura
existens.

²
Ex/a/
deps.

vt alias minus celebres naturæ notiones omissitam, pro principio constitutio corporis naturalis, qua naturale est. Quo vltimo, & huius loci proprio sensu naturam esse in particulari esse naturam, demonstrari potest, & interdum necesse est: naturam autem esse in communione demonstrari non potest à metaphysico, a phisico autem potest quidem, non tamen necesse est, cum satis sit omnibus notum.

123 Non est autem natura prædicta sensu accepta vita, seu anima Mundique nam nullam esse suo loco dicetur, nec uis, seu forma aliqua, que vna numero per omnia corpora penetrat, eaque informet, sed est, vt ab Aris. 1. phys. ca. 3. definitur. Principium aliquæ, & causa mouendi, & quietis, in quo est primum per se, & non secundum accidentem. In qua definitione particula (at & copularia principii, & causa) sumenda est coniunctio, non disiunctio: & per particulam (mouendi) intelligitur motus physicus, seu sensibilis aliquo modo, hoc est, vel secundum se, seu in mediata, vel secundum aliquid aliud, sive mediata, non quomodocunque, sed ita ut sit intrinsecus supposito intrinsecus accidente dentibus sensibilibus secundum se. Per particulam vero (quietis) in quo est priuatis, quæ est priuatis motus, sed quies positiua, quæ est permanentia sub aliqua forma, vel in loco proprio, quam aliqui appellant possessionem formæ, vel quasi formæ, id est loci proprii. Particula autem illa (8c) copularia motu, & quietis, sumi potest sub una ratione disiunctio, sub alia partim copularia, partim disiunctio. Particula primam sumi potest tum ita, ut referatur ad illud, in quo est natura, & significat naturam esse principium primum, id est essentialis illi in quo est natura: tum ita, ut referatur ad motum, quo tamen vitro modo necessario est id realiter, nec ex eo, quod particula primæ sumatur priori modo, sequitur particulam (per se) quæ necessario refert ad motum, non esse necessariam, aut anteposendam esse particulæ (primum). Particula autem (per accidentem) additur tantum ad maiorem, de culationem.

124 Hoc modo explicata definitio naturæ non solus bona est, sed etiam essentialis, conuenientque tum materiæ, tum formæ substantiali, ac materia quidem prima secundum se, non autem tantum in ratione formæ, illam ad talēm, vel talēm motum determinantis, est veræ, & propriæ naturæ: materia autem se

cunda non est natura, nisi vel ratione solius materiæ primæ, quam semper includit, vel ratione tum materiæ primæ, tum formæ aliqui substantialis, quam interdum interclusit. Tam prima tamen quam secunda materia, ratione qua dictum est, natura est, non folum, ut est principium passuum, sed etiam, ut est principiū finale motus, & quietis, &c. Forma vero substantialis est natura tum quatenus est principiū determinatiū per modum dispositionis motus, qui recipitur in materia illi coniuncta in eodem composito, tum quatenus est principiū passuum motus, quem ipsa in se naturaliter recipit, ut dictum est, sive motus, qui recipitur in materia illi coniuncta in eodem composito, tum denique, ut est principiū finale eorumdem motuum, quod idem proportionatius dictum sit de forma substantiali, ut est principiū quietis, & cetera.

125 Neque vero sola forma substantialis elementorum, & mixtorum inanimatorum, sed etiam anima vegetativa, & sensitiva, & rationalis, etiam quatenus rationalis, sive intra, sive extra corpus, & quandoem etiam respectu motus intellectus, & voluntis naturalis est, veræ, & propriæ natura hic definita. Eademque natura ratio veræ, & proprie reperitur etiam in colo, sive illud substantia liter compositum, sive simplex iuxta diuersas sententias, dicatur. Compositum tamen substantialie non est veræ, & propriæ natura, sed habens naturam, multò minus natura est compositum accidentale, aut accidentis, quo tanquam forma huiusmodi compositum constituitur, nisi quis naturæ vocabulo abuti velit. Ac licet aliqua natura sit principium motus non folum in eo in quo est, sed etiam in alio, natura tamen in communione, non est principium motus in alio, sed in eo, in quo est. Neque eadem natura in communione est quid vniuersum, sed analogum.

126 Ad maiorem naturæ cognitionem conferret aliqua artis cognitio. Sed cum ars interdum sumatur latissime pro qualibet cognitione intellectu, certa quadam, aut certè probabili via, ac ratione ad aliquem finem tendente sive speculativa, sive practica: interdum latè pro omni, & sola cognitione intellectu, ordine, ac via ad aliquem finem tendente practica: interdum denique præse pro illa sola cognitione intellectu practica,

³
ars.

qua proxime ordinatur ad dirigendam in particulari aliquam operationem potentiae factius, quomodo ars ab Aristotele & ethic. cap. 4; recte definitur esse habitus quidam cum vera ratione effectus, vel ex eodem breuius, recte ratio factibilium, hoc praecepit tertio modo his sumitur, abstrahendo tamen ab actuali, & habituali. Atque hoc modo sumpta ars, qua propriè dicitur ars vtris diuidit ab Aristotele 2. Physic. tex. 14. in eam, qua facit materiam simpliciter & ea in qua facit operi accommodatam, & pte mo physic. tex. 63. ita, ut aliae sint artes, qua transfigurando, alia, qua apponendo, alia qua subterfendo, alia, qua componendo, alia qua transmutando agunt, & secundo Physic. tex. 79. ita, ut aliae sint artes, qua naturam adiuuant, & perficiunt, qua natura non potest perficiere, alia qua naturam tantum imitantur. Et quanvis Aristoteles sapere docet, artem relinquere opus post se, & in hoc etiam velit illam differre a Prudentia: non est tamen reiencia alia artis diuisio in eam, qua relinquunt opus post se, qualis est fabrilis, & adificatoria, & alia huiusmodi magis necessaria, de quibus Aristoteles loquitur, cum docet quod diximus, & eam, qua non, relinquunt opus post se, qualis est fabratoria, & citharistica, & alia huiusmodi, que operations ab Aris nunc actiones pauci latius, his sumptus nominibus, nunc factio nes appellantur.

137. Nam vero conuenientia Naturae, & Ars in eo quod veraque agit ex presuppositione materia, vtraque propter finem agit, vtra que a fine aliquando aberrat vtraque producit effectum sibi similem, vtraque imitatur, natura quidem idem diuinam, ars vero naturam, vtraque sensim proficit, & ab imperfectionibus ad perfectiora tendit, quamvis, nec cuiuslibet naturae, nec cuiuslibet arti hec omnia competant. Differunt autem, tum quod materia artis semper est aliqua substantia completa, materia vero naturae, cum formas substantiales producit, semper est substantia incompleta, tum quod forma artefactorum, ut talis fuit, semper est accidentalis, & cum materia constituit compositum accidentale, physicè loquendo, forma vero rerum natura lium, ut naturales sunt, sumpto naturali pro habente naturam, semper est substantialis, ut cum materia constituit compositum substantiale, licet sumpto naturali pro eo quod est à natura, sit etiam accidentalis, & cum materia constituit compositum accidentale, tum in aliis, quae omitto.

138. Hic tamen omittendum non est, quod natura, vt natura, est principium motus in eo, in quo est, vt supra dictum est, ars vero non quidem semper, sed ut plurimum est principium motus in alio, seu quod idem est, operandi ad extra, seu in supposito alio ab eo, in quo ipsa est, & sic accipendum est, quod doceo Aristotel. secundo de Generat. Angelic. cap primo, artem esse principium eius quod sit in alio, & vnde decimo Metaphysic. summ. tertio, cap. primo, esse principium, transmutandi alterum prout alterum. Ac licet simpliciter, Natura perfectior sit Arte, nihil tamen vetat artem secundum quid esse natura perfectio rem. Figura tamen naturalis, & artificialis non differunt genere, aut specie, nisi forte sumuntur reduplicatio, naturalis, vs naturalis, & artificialis, vt artificialis.

139. Sicut autem in natura duplex est generatio, una qua dicitur generatio simpliciter, & illa qua producitur compositum substantiale, altera, qua dicitur generatio secundum quid, & est illa, qua producitur compositum accidentale; ita in arte duplex est productio, vna similis generationis simpliciter, seu substantiali, ut est productio statu, altera similis generationis secundum quid, seu accidentiali, vt est dealbatio, parietu. Hinc duplex est genus artefactorum, seu cunctum artificium aliud simpliciter, aliud secundum quid sic dictorun, ac nomina quidem artefactorum primi generis, que dicuntur simpliciter fieri, significante formaliter, & formam artificialem, & subiectum: nomina autem artefactorum secundi generis: quae non dicuntur simpliciter fieri, sed fieri talia, vel talia, significante formaliter solam formam, connotando subiectum. Nec primi, nec secundi generis artefacta ponuntur per se in illo predicamento, sed artefacta quidem primi generis ratione subiecti pertinent ad predicamentum substantiae, ratione figuræ ad predicamentum qualitatis, artefacta veio secundi generis ratione subiecti. Ali ponuntur in eodem predicamento substantia, ratione formæ ponuntur per se in illo predicamento ad quod forma illa pertinet.

140. Non potest ars vi propria efficiere vnum opus naturæ. Quare cum dicitur ars esse principium motus in alio, id ita intelligendum est, vt non sit principium motus secundum se, sed secundum modificationem

³
Natura
& Ars,
en quib.
conuen.

⁴
Zarri-
dom di-
scrim.

⁵
Artefa-
ctu.

que

qua tam non quoad positum quod dicit, sed tantum quoad negatum à parte rei distinguitur à motu: ac vi naturæ, hoc est applicando naturalia actua passus, post eadem ars efficiere tum multa opera naturæ, tum quædam admiranda, qua naturalium agentium, sive villa artis applicatio-ne operantium vim superaret. Inter opera vero naturæ, qua ars prædicto modo efficiere potest, non videtur impliciter impossibili-ble esse. Verum aurum, quod per artem chima-ricam à quibusdam prodicatum esse grauium virorum testimonio credibile est. Ve-rum licet ars chimica, etiam quatenus con-tinet chymopeiam, non sit illicita, non vide-tur tamen promiscue permittenda, sed mul-tis noxia, & perniciofa iudicanda.

esse item reale positum illius in sua essen-tia constitutum aliquo modo realiter à suo distinctum.

3
Eius/di-
stinctum.

132 Sic definita causa rectè diuiditur in pri-mam, & secundam, remotam, & proximi-mam, totalem, & partiale, potentiam, & actualiem, vniuocam, & aquiuocam, exte-ram, & internam, in quibus expli-candi non immoror. tantum moneo, cum causa aquiuoca dicatur esse perfectior ef-fectu, fermonem esse de causa aquiuocata ef-ficiente principali. Dñi dñi etiam potest cau-sa in naturalem, & artificialem, qua ex di-ctis capitali superiori satis patent; itemque in physicam, & moralem, in necessariam, & libera-ram. Causa physica, ut distincta à mora-li dicitur, qua à parte rei causat abstrahen-dq ab omni prudentum existimatione: cau-sa vero moralis, interdum sumitur latè pro cau-sa libera, physice quidem, sed libere agé-te, interdum prese pro cau-sa libera non cou-rente quidem physice ad effectum, ita tame- se habente, vt secundum reāam pru-dictum existimatione effectus illi tributatur.

133 Causa necessaria est, qua positis om-nibus antecedenter requisitis ad cau-sandum non potest non cau-sare. Libera est, qua positi-t erat omnilib[us] antecedenter requisitis ad cau-sandum, albus potest nō cau-sare. Sed celeberrima diuisio[n]e diuiditur causa in materiam, formam, efficiens, & finem, pra-ter quas nulla alia datur causa, qua non ad harum aliquam, vel propriam, vel reducitu[m], perineat. Quarum cau-sarum illa dicitur al-teri per se, seu essentialiter subordinari, qua natura sua p[ro]det in cau-sando ali altera, hoc est non potest cau-sare nisi altera, cui d[icitur] per se, seu essentialiter subordinari co-currat ad idem cau-sandum, & quidem in eodem gene-re causa: Illa vero dicitur solet per accidens alteri subordinari, qua non pendet in cau-sando ali altera, vt dictum est, sed tū in effendo aliquo modo, sive filia a patre in creatis, licet etiam dicitur possit aliqua causa per accidens alteri subordinari.

134 Causa efficiens ab Arist. 2. phys. 29. & 5. met. c. 2. definitur esse unde principium mutatio[n]is primum aut quietis, qua defini-tio ei nuenit omnibus efficientibus sive physi-cis, sive artificiis, sive moralibus ex-cepto solo efficiens sine mutatione, & si loco particulae (mutationis, aut quietis) ponatur (actionis) conueniet etiam effici-entis sine mutatione, sive hoc sit efficiens sine subiecto, vt Deus in creatione, sive cum subiecto, ut Sol emittens in se

C A V S A E.
Cap. 12.

131  Ause nomen aliquan-do sumitur latissime pro quo libet principio, qua notio apud Græcos in vñ est, ali- quando angustissime pro sola causa effi-ciente, aliquando me-dio quedam, sed tamen proprio modo, qua-tenuis quatuor vulgata genera Materiam. Formam, efficiens, & finem comprehendit. Et hoc modo alia est causa simpliciter sic di-cta, seu actualis, vt opponitur virtuali, alia virtuali, utique alia per se, alia per acci-dens, hoc est alia, qua verē cau-sat, alia, qua non verē cau-sat, sed tantum ratione alterius verē cau-santis, cui coniungitur, cau-sare dicitur: quamvis alio modo cau-sa per se dicatur causa necessaria, causa vero per accidens cau-sa contingens. Causa simpliciter sic dīta, & per se defini-tur à quibusdam esse id, ad quod aliud sequitur, q[uod]ne definitio paulo obseruer est ab aliis, esse id, a quo ali-qui per se pender: ab aliis, esse principium per se influens esse in aliud, qua sunt paulo clariores definitiones, aliquantum tamen ad-late habere possunt difficultatem. Sed claris sine definiti potest esse principium aliquo modo reale positum per se tribuens alieui

Causa

Intra

3
causa
finita.

lucem in instanti ſuæ creationis. vnde colligas latius patere efficiens sine mutatione, quam efficiens ſine ſubiecto.

**Zimſde
dimſia.**

135 Diuiditur efficiens cum aliis modis, qui ex diictis, & dicendis fatis intelligi poterunt, tum præcipue in principale, & instrumentale. efficiens principale est efficiens co-currens ad effectum virtute propria: vel paulo clarius eft efficiens concurrente virtute propria ad effectum, quem in ſe formaliter, aut eminenter continet, & conſequenter eque nobilem, aut ignobiliorum ſe. efficiens instrumentale, ſeu instrumentum ſumit primo lariffime, vt diſtinguitur a ſolo efficiente principali ſimpliciter primo atque omnino independenti, id eft Deo, quomodo omnia efficiētia ſecunda dicuntur interdum instrumenta Dei. Secundò latè prout diſtinguitur ab eimi, & ſolo ſuppoſito agente, vt quod non autem ab a gente principali, vt quo, quo modo omnis virtus, ſeu principium actiū, quo ſuppoſitum agens agit, etiam ſi ſu pars effientia, aut integralis eiusdem ſuppoſiti dicitur eius instrumentum. Tertio preſte pro ut diſtinguitur ab omni efficiente principali, ſiu primo, ſiu ſecundo, ſiu agente, vt quod, ſiu vt quo, quomodo calor dicitur in instrumentum ignis ad producendum alium ignem. Et hoc modo efficiens instrumentale, ſeu instrumentum definitur eſſe efficiens co-currens ad effectum virtute aliena, hoc eft, vt virtus alterius adequate diſtincti: vel paulo clarius, efficiens concurrentes, vt virtus alterius adequate diſtincti ad effectum, que nec formaliter, nec eminenter in ſe continet & conſequenter excedentem vim ſuę perfectionis, & actiuitatis, & diuidit in instrumentum coniunctum, quod multiplex eft, & separatum; itemque in illud, quod eft accidens tantum, vt calor, & illud quod eft ſubstantia affecta accidentibus, vt ſemina. Nihil tamen repugnat idem efficiens respectu eius de effectu ſub diuerſa tamen ratione ſimil eſſe efficiens principale, & instrumentale, vt idem accidens relpectu alterius accidentis ignobilioris, vel aequum nobilis, eſſe efficiens principale, quatenus ſpectatum ſecundum ſe tantum, abſtrahendo ab eo, quod fit virtus alterius, hoc eft ſubstantia, a ceteris, concurrit ad effectum non excedentem vim ſuę perfectionis, & actiuitatis, & conſequenter virtute proprias eſſe vero efficiens instrumentale, quatenus actiū concurrit ad eundem effectum, vt virtus alterius, hoc eft ſubstantia.

**Zimſde
ſenſuſ.**

136 Causalitas cauſa efficientis cuius-

cunque, hoc eft ratio formalis, qua cauſa efficiens quacunque conſtituitur formaliter, & actu cauſa efficiens, non eft actio ſumptuaria, ve eft aliiquid extra cauſam efficiētia, ſed eft vi ritus cauſandi ipius cauſa efficiētia non ſecundum ſe, ſed vt connotat, ſen dici in obliquo ſuum effectum actu, eni m eft id, à quo eft effectus actu, & conſequenter, vt eft relatio transcendentalis efficiētia ad ſuum effectum actu, ſiu ſermonis de cauſalitate efficiētis principalis, ſiu instrumentalis, ſiu producientis, ſiu conſeruantis, &c.

137 Non ſolum autem opinio negans in vniuersum cauſis ſecundis, ſeu rebus creatis, vel etiam corporis vim omnem effectuam, ſed etiam negans in vniuersum rebus corporis vim effectuam substantię, tanquam errore, rum in fide Catholica, rum in Philoſophia, penitus explodenda eft, atque omnino aſſerendum plurius rebus creatis, etiā corporeis vim effectuam aliis quidem accidentium, aliis verò etiam ſubstantię à Deo jebaliffime tributam in eſſe.

**6
Contra
ſus Dei.**

138 Ad hoc tamen, vt cauſa ſecundă a-gant, neceſſariō requiritur, vt Deus ad eorū effectus quoſcumque concurrat non ſelum mediare, & remote, quatenus illis dedit, & conſeruat eſſe, & viam agendi, ſed etiam immediatę, & proximę ſimil cum iphis eorum effectus producēdo, & quidem magis, quam iphis cauſa ſecundă ſumendo tamen carum effectus ſecundum totam entitatem, & perfectionem, quam habent, non ſecundum defectus. Concurrit verò Deus ad effectus cauſarum ſecundarum immediatę immidiatio-neum virtutis, tum ſuppoſiti, non ita tamē concurrit, vt iphis concurſus sit aliiquid ab ipso impreſsum cauſis ſecundis prius tempore, aut natura quam cauſa agant, quod fit quā principium actionis, aut conditio in cauſis ſecundis praerequifita ad agendum habens in illis eſſe perinanens, aut transiens cu ipta actione, ſitque motio quadam ſimili illi, qua instrumentum monerit ab artifice, cum i illud applicat ad agendum, aut qualitas quadam intentionalis ſimilis ſpeciebus, per quas obiecta ſimil cum potentius concurruunt ad earam operationes.

139 Dupliciter enim ſuni potest con-cursus, quo Deus concurrit ad effectus cauſarum ſecundarum primō pro eo, quod dicit in Deo, & ſic eft actus immanens, quo Deus ab ēterno voluit facere tales effectustati te-pore, coagente tali cauſa ſecunda, & recipia deinde facit, vt facere voluit. Secundō pro

eo, quod dicit extra Deum, & sic est ipse effe-
ctus causæ secundæ, quatenus penderat pri-
ma. Quare idem realiter effectus est concur-
sus ad extra causæ primæ, quatenus penderat
à causa prima, & concursus item ad extra
causæ secundæ, quatenus penderat à causa se-
cunda. Dixi tamen ad extra, &c. quia etiam
concursum causæ secundæ dupliciter sumi po-
test, vel pro eo, quod dicit in causa secunda,
& sic est ipsa virtus, quia causa secunda pos-
set dependenter tamen à prima producere
effectum, & re ipsa productum, vel pro eo, quod
dicit extra, causam secundam, & sic est ipsa
effectus, vt penderat à causa secunda, vt dictū
est; effectus autem, vt penderat est dependen-
tia ipsa, seu actio, quia ab effectu non di-
stinguitur à parte rei, & vt suo loco dice-
tur.

7
Conser-
vatio.

140. Sed vt intelligatur, quomodo res
omnes pendent à causa primæ etiam, vt ab
efficiente conferuantur, duplex distinguenda
est conferuatio in genere, per se, & per acci-
dens, & per se item duplex, altera directa, &
immediata, altera indirecta, & mediata; con-
feruatio per se directa, & immediata est con-
tinuatio, seu persequenteria influxus in ip-
summet esse, quod in productione communica-
tum fuit: conferuatio per se indirecta, &
mediata est conferuatio, seu persequenteria in
fluxus non in ipsummet esse rei, sed in eius
causas extrinsecas, & dispositiones, quibus
conferuntur res conferuatur. Conferuatio ve-
rò per accidens est defensio, seu protectio à
contrariis, vel eis resistendo, vel ea remouendo,
qua de dicitur conferuatio per accidens, qa
per se non est actio continuans influxum in
ipsam esse, aut causas extrinsecas, dispositio-
nesque rei, sed est alia actio, ad quam per acti-
dens sequitur continuatio influxus in esse,
aut causas extrinsecas, dispositio-nesque rei,
& consequenter conferuatio rei, que quo-
do productione differat, alio loco explicau-
dum est. Res igitur omnes conferuātur à cau-
sa prima in genere causa efficientis (de hac
enī in tautā nunc loquimur) & quida sub-
stantiae conservantur. In genere causa efficientis
tis per se directe, & immediata à sola causa
prima, per accidens tamen, & per se indirec-
te, & mediata substantiae corruptibles, ea-
rumque accidentia conservantur etiam à
causa secunda, accidentia. verò aliqua con-
seruantur etiam per se directe, & inmedia-
tæ à causa secunda.

141. Idea, quam dari certum est, non est
propriè loquendo, quidquidquomodo cumq;
determinat, seu dirigit agens in agendo, sed

est exemplar, ad cuius imitationē agens age-
re potest, si loquamur de Idea in actu primo,
vel agit si loquamur de Idea in actu secun-
do, & dividitur in internam, & externam.
Sed ratio Ideæ primariae conuenit interzx,
qua non est conceptus formalis, id est cogni-
tio rei facibilis, aut faciēdæ, sed conceptus
objiectus. Per conceptum autem obiectus
non est hic intelligenda res ipsa extra intel-
lectum, facibilis, aut facienda quatenus ab
agente intellectuali cognoscitur, ut hoc, vel
illo modo facibilis, aut faciēdæ: sed aliquid
intellectui artifici propositum, (si quidem
sermo sit de Idea intellectualium agentium
qua præcipua est) in ipso artifice existens re-
presentatiuum rei facibilis, aut facienda,
quod in creaturis intellectualibus, est species
intelligibilis, aut phantasma, in Deo est ipsa
essentia divina, quatenus per modum spe-
ciei, intelligibilis, seu simulacri mentalis re-
presentat Deo creaturas omnes ab ipso fa-
ciendas, & faciles.

142. Dixi in thesi superiori, siquidem ser-
mo sit, &c. quia ratio Ideæ conuenit etiam
conceptui objiectui brutorum consistente
in phantasmate representatio rei ab ipsis
facibilis, aut facienda, vt nidi, & similium.
Atque in creaturis agentibus cum cognitio-
ne Ideæ est realiter multiplex, at in Deo reali-
ter vna, & tantum formaliter, seu virtuali-
ter multiplex. Neque vero constituit Idea ge-
nus cāz à quatuor vulgaris distinctum, neq;
prinet ad cām formalem proprietatem, aut redu-
ctiū, neque ad causam finalē, sed ad cau-
sam efficientem cum cognitione, tanquam
quidem determinans, ieu dirigens ad ope-
randum hoc, vel illud, tali, vel tali modo, &
quamvis perfectior sit ratio Ideæ in causa ef-
ficiente cum cognitione intellectu, quam
in efficiente cum cognitione sensitiva, hoc tam-
en nihil obstat, quo minus ratio propria
Idee interna de omnibus ideis internis crea-
tis dicatur vnuocē.

7
Conser-
vatio finalis

143. Finis ab Aristotele secundo physic.
tex. 19. & alibi rectè definitur esse id, cuius
gratia. Ita quia definitione particula (cuius)
fumitur, vt conuenit fini cuius, & fini cui,
particula verò (gratia) fumitur itē jatē pro
intentione, seu appetitu sive rationali, sive
sensitivo, sive naturali, & subintelligitur ali-
quid sit, vel est, sit, si sermo sit de fine actu re-
spectu effectus in fieri finaliter, est, seu durat
in esse, si sermo sit de fine actu respectu effec-
tus in conferuari finaliter. Dividitur autem
finis ab eodem Aristotele secundo de Anima
tex. 3. in finem cuius, & finem cui. Finis cu-

ius

ius est illud bonum, cuius adipisciendi gratia agens agit: finis cui est suppositum, seu id, cui agens procurat finem cuius, nec audiendi sunt qui volunt solum finem cuius esse finem propriè dictum: finem vero eius esse medium. Dicuntur præterea in finem, qui fit, & finem qui tantum obinetur: in finem, qui est operatio, & finem, qui est res ex operatione refutans in finem operationis, seu operis, & finem operantis: in obiectuum, & formale, seu, vt alii loquuntur in finem eius, & finem quo in primarium, sine quo res non fieret, & secundarium, sine quo res etiam fieret: in proximum, & remotum, seu intrinsecum, & extrinsecum: in ultimum, & non ultimum, in eum quod est verum bonum, & cum quod est bonum tantum apparet, &c.

144 Virtus caufandi causa finalis non est motio viva metaphorica, qua finis moueat, seu allicit, & excitet agentem, vt in se tendat: nec est ipsa actio agentis, quatenus ab agente fit propter finem: sed est ipsa virtus caufandi causa finalis sumpta non secundum se, sed ut est id, a qua est effectus actu, proportionaliter, vt dictum est de causalitate causientis. Causat vero finis non secundum esse intentionale, ita ut intentio non sit tantum conditio, sed ratio formalis causa finalis ut quidam dicuntur: nec ita, vt finis, qui praesul agenti caufet secundum suum esse reale extra intentionem, siue vero qui producere dicit ab agente caufet tantum secundum esse intentionale: sed caufat secundum suam bonitatem veram, vel apparentem abstracte de præcipue ab eo, quod actu, vel etiam potentia existat, vel non existat extra intentionem, non tamen ab eo, quod actu existat in intentione. Atque haec intentio est velut conditione, sine qua non causa finalis: quamvis non sit conditio, vt est approximatio in aliis causis, sed ut existentia in efficiente, aut saltem eius virtute, & aliis causis. neque hinc tam deducendum finem non esse, sed potius esse veram, & realem caufam, vt re vera est.

145 Nec aliqua tantum, sed omnia omnino agentia naturalia, etiam inferiora homine, seu non intellectuallia agunt propter finem propriæ, sive fumantr simul cum causa prima ipsis cooperante, & hinc non sibi, sed ipsorum agentium naturalium, tum in mediatur, & proximum, tum medianum, & ultimum optimè cognoscente, & intendente, sive fumantr sine causa prima, seu vt ex se præcisè agunt.

146 Causa materialis ab Arist. 2. Phys.

tex. 18. rectè definitur esse, id ex quo fit aliquid, cum insit, in qua definitione, particula (ex) importat habitudinem subiecti, particula vero (fit) sumitur latè, vt significat non solum producitur, sed etiam constituitur. Convenit autem haec definitio primario materiae præm, secundariò etiam aliis materiai. Caufalitas causa materialis consistit in eius virtute caufandi, hoc est in potentia qua refertur ad effectum non sumpta secundum se, sed ut est id, a qua est effectus actu, proportionaliter, vt dictum est de causalitate causientis, & hanc, effectus eiusdem totalis quidem, seu adaequatus, & principalis, est compositum: præcibus vero, seu partialis inadaequatus, & minus principalis est forma, vel quadam esse simpliciter, & est recepsum in materia simili, si sit forma materialis, siue substancialis, siue accidentalis, vel tantum quod esse recepsum in materia, seu vt alii loquuntur, quod informationem si sit forma spiritualis substancialis.

147 Causa formalis ab eodem Aristotele codem tex. 28. definitur esse ratio ipsius quod quid erat esse, id est essentia rei, vel totius, si sit forma metaphysica, vt est definitio obiectiva respectu definiti, vel principia seu habens rationem actuans, & perficiens, si sit forma physica, aut etiam moralis, aut artificialis. Convenit autem haec definitio primario formæ substanciali, secundario accidentali. Cum vero dicunt philosophi, formas aliquas educi, seu extrahi de potentia materiae, seu ex materia, hoc loquendi modo non indicant formas illas, antequam producantur, ac velut in lucem proferantur, delituisse in materia, vel secundum se totas, vel secundum gradum incompletum, & inchoationem aliquam, vel etiam secundum feminam, seu rationem feminariam, que omnia falsa sunt, quamquam hoc ultimum bonum etiam in sensu trahi potest, sed tantum formas illas fieri dependenter à materia, quod si fuimus esse simpliciter, & non tantum quo ad esse secundum quid, hoc est quod esse recepsum in materia. Causalitas causa formalis consistit item in eius virtute caufandi, hoc est in potentia, seu aptitudine qua refertur ad effectum sumpta, non secundum se, sed ut est id, a qua est effectus actu, vt proportionaliter de causalitate aliarum causarum dictum est. Effectus eiusdem totalis quidem, seu adaequatus, & principalis est compositum. Præcibus vero, seu partialis, inadaequatus, & minus principalis est materia falsa, quod esse actuatum.

IT
causa
formal-

An autem effectus aliquius formaz, sic materialiter etiam quod est amplificer, paulo post dicere.

148. Hactenus propria singularium causarum in medium allata, iā communia omnibus, vel plurib. causis afferenda sunt, quorum tria indicat Aristoteles secundo Physic. t. 30. nempe posse esse plures causas eiusdem effectus, causas esse sibi inuicem causas, & tandem posse esse causam conseruacionem. Ac circa primam certum illud est, ad eundem realiter effectum numero posse concurrere plures causas in diverso genere cause: immo ad omnino omnino effectum necessariō concurrere saltem duas, diversas causas efficientes, & finalem, hec haec in Deo realiter sint idem. Ad eundem realiter effectum numero possunt etiam concurrere plures realiter cause in eodem genere causa, erib. gratia, plures in eodem genere causa efficientes, plures in eodem genere causa finalis, &c. sed quia hactenus loquitur summa de causis diversis, & eiusdem generis, abstractendo ab eo, quod sunt totales, vel partiales, & difficultas videtur esse de tota libetiam legemotis, conclusionibus explicabitur.

149. Si ergo per causam totalem intelligatur illa, à qua effectus est torus, hoc est ita, ut nihil entitatis sit in effectu, quod non sit ab illa causa, sed non totaliter, hoc est non sit in eadem genere causa, sed quidquid entitatis est in effectu, sit ab illa causa tamen sine conformitate alterius, quod sensu sumptui causam totalem aliqui appellant totaliter realiter effectus, possunt etiam naturaliter ad eundem realiter effectum numero efficientes plures realiter causas totales, tunc in diverso, tunc in eodem genere causa. Si agimus per causam totalem, intelligatur illa, à qua effectus non solum est torus, sed etiam totaliter, hoc est sine conformitate viis alterius causarum, non possumus vello modo, nec per eam potentiam ad eundem realiter effectum numero concurrere plures causas totales, neque in eodem, neque in diverso genere causa. Immo nulla est ita effectus, potest in hoc sensu causa totaliter. At si per causam totalem intelligatur illa, à qua effectus est non solum torus, sed etiam totaliter, hoc est sine conformitate alterius causa, in eodem genere causa, quo sensu sumptui causa in totalem solē aliqui appellare totalem realiter causam, intelligendo in eodem genere causa, possunt etiam naturaliter ad eundem realiter effectum numero concurrere plures causas totales. Denique si per causam in eodem

talem intelligatur illa, à qua effectus ita est quoad causam realitatem totus, licet non totaliter, id est licet non sine conformatio alterius causa in eodem genere causa, ut tamē posset quoad eadem iūam realitatem ab eadem causa eodem modo concurrere esse etiam totaliter, si decesset conformatum alterius causa in eodem genere causa, ad eundē realiter effectum numero adaequatum non possum per viam potentiam concurrere plures causas totales in genere causa materiali, aut formalis, possunt etiam etiam naturaliter in genere causa finalis, & per Dei potentiam etiam in genere causa efficientis, non tamē naturaliter. Ad eundem autem formaliter effectum numero non possunt viā modo, aut per viam potentiani concurrere plures causas totales in vlo genere cā, quinque ex supradictis modis sumantur causas totales, & si ue realiter, siue formaliter tantum inter se distinguuntur. Atque haec de pluribus causis totalib. sumul acceptis in ordine ad eundem effectum. Videamus, nūne quid de iisdem seorsim, seu diuisim, & disiunctim acceptis, in ordine ad eundem effectum dicendum sit.

150. Nec plures realiter causas totales materiales seorum accepta, nec plures realiter causas totales formales seorum ite accepta possunt per eam potentiam concurrere ad eundem realiter effectum numero adaequatum: plures tamen realiter causas finales totales seorum accepta potest alijq. & naturaliter concurrere ad eundem realiter effectum numero articulatim primo producenti, naturale vero conservandū in genere cā finalis, & per Dei potentiam et ad primō producendū. Nec repugnat per Dei potentiam plures realiter causas efficientes sive aquivocas, sive etiā causas totales seorum sumptus concurrere ad eundem realiter effectum numero, sive producendum, sive conservandum, naturaliter tamen non possunt plures realiter causas efficientes totales seorum sumptus concurrere ad eundem realiter effectum numero præfertim adaequatum loquendo ramen de effectu non artificiali, sed naturali, & sumpro, vel seum in fieri, & solum in factu esse, sicut hoc nos fit aque certum in omnibus effectibus naturalibus:

151. Dixi primum presentim adaequatum, quid de effectu inadaequato, seu preciso id est de forma, qua ab efficiente sit, sicut de effectu inadaequato, seu preciso aliarium causarum res vi plurimum est multo obscurior, quamvis ex dictis intelligatur, quid probat illius existimandum videatur. Dixi deinde

loquendo de effectu non artificiali, sed naturali, quia ad aliquem eundem realiter effectum numero artificiale posse interdum plures realiter causae efficientes totales seorsim accepte concurrere. Dixi tertio, vel solu*m* in fieri, vel solu*m* in facto esse, quia idem realiter effectus numero in fieri potest esse a causa secunda efficiente, & a prima simul, in considerari uero a sola prima, & de facto ita est in substancialibus, & multis accidentibus, quae sunt a causa secundis efficientibus. Dixi denique uter hoc non sit quem certum in omnibus effectibus naturalibus, non solum quia hoc in effectibus inadiquatis, seu praeclis, ut plurimum est multo obscurius, ut dictum est, quam in adiquatis, sed etiam quia non est quem certum in omnibus effectibus adiquatis, sed certius in substancialibus, quam in accidentibus. De omnibus tamen effectibus intelligentia est conclusio. Consequenter licet agere naturale, quod semel prodixit unam numerorum formam, qua deinde corrupta est, adhuc qualium in se est habet vim, quia proler producere iterum eandem numerum formam, de facto tamen nulla forma semel corrupta naturaliter eadem numero iterum producitur.

152. Et quoniam hic involuitur difficultas de obiecto ad aquatum causa efficientis, ut aquivoca, tum vniuoca, placet utrumque hinc utr et assignare. Obiectum igitur ad aquatum causam aquivoca prima est collectio eni*m* possibilium, causa aquinco seconda est collectio speciei, vel specierum, & individuorum in iunctu, respectu quarum, si est causa aquivoca: causa vniuera ex specie secundum quae est collectio individuorum omnium eiusdem speciei, excepta tantum ipsam, causam vniuocam, sumendo tamen individuum a cuiusdam speciei differentia inter se tantum ratione individualitionis, non autem ratione intensioris, vel extensio*n*, vel alterius acceditis. Specie secundum ordinem naturaliem, seu determinationem, ab Auctore Naturae factam, est collectio, seu series quadam certorum individuorum eiusdem speciei, in qua nec ipsa causa vniuoca, nec alia plurima eiusdem speciei coniunguntur, quidquid sit de qua sive illa, an idem possit per Dei potentiam non quidem producere, sed reproducere se ipsum, qua multa a Theologis tractari solita supponit. Non posse tamen per villam potestiam plures realiter causae efficientes totales seorsim sumptu*m* concurrere ad eundem formaliter effectum numero, sive adquatum, sive inadquatum. Atque hoc de primo ex tribi-

ab Arist. propositis communibus omnibus, vel pluribus causis.

153. Secundum, quod est causas esse sibi inuicem causas, non est verum vniuersaliter, sed indefinire. Primo enim materia, & forma non sunt causa respectu efficientis. Secundo nec efficiens, est vniuersaliter causa respectu materiarum. Tertio nec item huius est vniuersaliter causa respectu materialium, aut fori, aut efficiens, materia autem, & forma sunt sibi inuicem causa vniuersaliter, sed diverso modo. Materia enim semper est causa materialis formae, vel quodammodo simpliciter & quodammodo secundum quid, hoc est quodammodo receptum in materia, simul, vel quodammodo effectus secundum quid, tantum, iuxta supra dicta vbi de causa materiali: forma vero semper est causa formalis materiae, saltem quodammodo secundum quid, hoc est quodammodo astatutum, an vero sit etiam aliquando causa materia quodammodo simpliciter, non potest explicari nisi consistat de qua materia, & in ordine ad quam, formam loquamur. Loquendo igitur de materia in communione, ut complectitur sub se tum materiam primaria, alias omnes, recte dicitur forma non vniuersaliter esse causa formalis materiae quodammodo, ut similiter sive in fieri, sive in facto esse, seu et nesciri. Loquendo autem de materia prima in ordine ad formas substanciales, utrūque supponuntur alias formas substanciales partiales, cuiusmodi in animalibus est anima, que supponit alias formas partiales, carnis, ossis, &c. vt alibi dicimus, non potest huiusmodi forma dici esse causa formalis materiae primae quodammodo simpliciter sive in fieri, sive in facto esse, seu conservari. Rursum loquendo de materia prima in ordine ad formas illas substanciales, sine quarum aliqua non potest naturaliter esse, duo videntur dicenda. Alterum est si potest materia prima ab aliqua huiusmodi forma tanquam a causa formaliter pendere, quodammodo siue simpliciter in facto esse, seu conservari posse etiam pendere quodammodo idem esse in fieri, alterum est probabilitus videtur materiam primam quodammodo esse tum in fieri, tum in facto esse. Feu conservari naturaliter pendere ab aliqua huiusmodi forma tanquam a causa formaliter.

154. Efficiens etiam, & finis non quidem vniuersaliter, ut iam dictum est, sed indefinite, ut anibulatio, & sanitas, & huiusmodi alias sunt sibi inuicem causae. Finis quoque, & materia itemque finis, & forma, non quidem vniuersaliter, ut item dictum est, sed indefinite sunt sibi inuicem causae. At plures causae

inter

154
Quo
causa
sibi in
uicem
causa

inter se, verbi gratia, duæ materialiter in se non possunt vi modo esse, in icem causa, nec item duo efficientia se, inuicem producere, licet possint, se inuicem conferuere cum per accidens, tum per se indirecte, & per Dei potentiam etiam per se directe: duo autem fines possunt interdum se inuicem, & producere, & conseruare, supervacaneum autem videtur monere, cum causa aliqua dicuntur esse sibi inuicem cause, quatenus inuicem causantur, non nisi materialiter dici causas.

155 Tertium item ex supradictis, quod erat eadem causa posse esse causam contraria, non est verum vniuersaliter, sed indefinitè. Causa enim formalis non potest causare effectus contrarios per se loquendo, per accidens tamen causat effectus contrarios priuati. Causa autem materialis una & eadem numero realiter potest esse causa plurium effectuum tum contrariorum positi, & propriè, vt sunt calor, & frigus, non tamen simul, nisi in gradu remissio, aut secundum diuersum, sive partem, sed successiuè, tū contrariorum impropiè, & disparatè, vt sūt duæ formæ, substantiales non iubordinatae, non tamen simul, sed successiuè. Causa efficiens potest successiuè efficiere plures effectus, particularis quidem, & vniuersa, numerò tantum distinctos, vñ per se, vñ per se, & cetero, etiam specie distinctos, & inter se, vel propriè, vel impropiè, seu disparatè, & contrarios. Ac licet causa efficiens vniuersaliter possit etiam simul efficiere plures effectus inter se, vel propriè, vel impropiè, seu disparatè, & contrarios, non potest tamen vña causa efficiens simul efficiere plures effectus adæquatos suæ virtutis, sed tantum plures inadæquatos. Causa finalis vna, & eadem potest esse causa plurium effectuum, & simul, & successiuè, sed effectuum contrariorum tatum præcessiuè per se, loquendo, & nisi sit aliquo modo vñ iuernaliter, per accidens autem dicendum est de omnibus causis proportionaliter, vt di ximus de causa formalis.

156 Quartum omnibus, vel plurib. causis commune non prætermittendum est, quod omnes causa secunda efficiens, & finales p se, seu essentialiter subordinantur causa prima, & consequenter causalitatis omnium causarum secundarum, efficientium, & finalium suppletivi possunt a causa prima. Nulla tamen secunda materialis, aut formalis, vt materia lis, aut formalis propriè, & presé sumptu p se, seu essentialiter subordinatur causa primæ, & consequenter nulla causalitas causa

secunda materialis, aut formalis propriè, & presé sumptu suppleri potest à causa prima. Sed difficultas præterea est, an causa materialis non, vt materialis propriè, & presé, seu ut subiectua, & recipiens in se formam, sed vt sustentans formam præcisè; & causa formalis, non vt formalis propriè, & presé, seu vt informans materiam, sed vt conferuans materiam præcisè, per se, seu essentialiter subordinetur Deo, & consequenter suppleri possint à Deo, ad quam difficultatem respondendum videtur affirmatiuè.

Fatum, Contingentia, Casus, Fortuna, & Monstra.

Cap. V.

157



On parvam hæc omnia cum causis, & inter se connexionem habent, vt ex diecidis perspicuum fiet. Atque vt à fato ordinamur, explodendus in primis eorum error est, qui fatum necessitatem, seu vim quamdam esse dixerunt, productuam effectuum inequivocabilium, cui res omnes, etiam homines, & Angelii, & Deus ipse subiicerentur. Cui error proximus est alias eorum, qui fatum putarunt esse colligationem causarum ex aliorum motibus, ac vt efficacitatem trahentem ad omnes effectus horum inferiorum, seu quod in idem recidit, esse causas ipsas secundas præfertim Cœlos, & stellas, à quibus necessariò, & inequivocabiliter effectus omnes horum inferiorum non solum naturales presè dicti, sed etiam humani prouenirent. Ad eundem scopulum alia via impegerunt alii, qui nescio quare fati rationem, & si non sub fati nomine constituerunt in ipsa causa prima, seu Deo, quatenus asserterunt eum ita determinare, & applicare omnes causas secundas, & cum ijsdem concurre ad earum actiones, vt omnes ex necessitate agat illud ad quod à Deo determinantur, & applicantur, & non aliud. Proprius ad fati naturam ac cessit evidenter illi: qui fatum determinaverunt esse connexionem, & ordinem agentis naturalis uniuersalis cum particulari, seu conne

14
Quo
radim
ca con
trar

15
Quo co
secund
per se
sue effi
cial. sub
ordina.
prima.

xinem, & coordinationem causarum naturalium inferiorum, & superiorum, quæ semper, vel ut plurimum suum fortiantur effectum. Quam connexionem, & coordinationem dari dubium non est, sed eam fati nomine apud sapientes communiter intelligi negandum est.

158 Recè igitur Fatum à Beccio lib. 4. de consolatore Philosophia profa 6. definitur esse, inhaerens rebus mobilibus dispositio, per cuan prouidentia suis quæque neglit ordinibus. Paulo tamen clarius definiri potest esse, certus ordo secundarum causarum à diuina prouidentia constitutus, ex quo infallibiliter ita effectus quicunque eveniunt, vt à diuina prouidentia præsum, & ordinatum est, idest necessariò ex causis necessariis, contingenter ex contingentiis.

159 Quare non est Fatum sub emi ratione immobile, seu immutabile: nam quatenus dicit ordinem causarum secundarum, seu causas secundas ordinatas ad suos effectus, est mobile, seu mutabile, vt sunt ipsa causa secunda, quatenus verò dicit easdem causas secundas ordinatas ad suos effectus non sumptias secundum se precisi, sed ut subintendat diuina prouidentia habet immobilitatem, seu necessitatem, non quidem absolutam sed conditionatam, seu ex suppositione diuina prouidentie, & præuitionis. Nec est Fatum aliquid absolutum, sed relatum, non tamen prædicamentale, sed transcendentalē, nec spectat tantum ad genus causalē efficientis, sed etiam ad alia genera causalium, atque ut est in causis secundis, seu ut precisi dicit ordinem causalium secundarum, vt explicanimus, est tam multiplex realiter, quam multi realiter sunt huiusmodi ordines, ut vel terminatiue inuicem diuinam prouidentiam, cui dictus ordo inhebet, est realiter unum, & tantum si in altera, seu virtuitaliter multiplex. Petet autem Fatu à nobis cognoscere non solum in communi, sed etiam in particula, ri ad certos vsque terminos, licet non perfectè, & quoad omnes effectus. An verò ab Angelis perfectè cognosci possit quoad omnes effectus disputant Theologi, & affirmant quoad effectus necessarios, & contingentes ex concurso causalium causalium, negant, quoad secreta cordium, & alios effectus contingentes ex causa libera.

160 Sui esse Fato illa tantum dicuntur, quæ prædictæ dispositioni i, seu ordini cau-

sarum secundarum subintendunt, cuiusmodi non est Deus, nec alia, quæ soli Deo, quin non est Fatum essentialiter, sed tantum causaliter subintendit, ut sunt Angeli quoad suum esse simpliciter, & esse Cœli, si essent, ut quidam existimarent, substantia simplex igitur generabilis, & incorruptibilis, & sunt alia, quæ à solo Deo sunt. Nihil tamen repugnat, aliquid sub una ratione subesse Fato, sub alia non subesse, quomodo materia prima, & anima rationalis, quatenus quoad suum esse simpliciter creatur à solo Deo, non subintendit Fato, quatenus verò quod aliquid esse secundum quid, exempli gratia, anima rationalis quoad esse receptum in materia, materia vero quod ad esse actuatum, vel etiam quod esse simpliciter, quatenus habitum ab hac, vel illa forma, ut causa formans iuxta dicta capite superiori, pendent ab aliis causis secundis, dici possunt subesse Fato.

Operations etiam liberæ causalium secundarum dici possunt subesse Fato, quatenus sunt effectus contingentes ab ipsa causa secundis liberis, cui ita infallibiliter eveniunt, ut à Deo prævisi sunt entituti, causa autem ipsæ secunda libera sub diversa ratione dici possunt subesse, & non subesse Fato: subesse secundum id, secundum quod pendent à causa secundis, non subesse secundum id, secundum quod pendent à solo Deo, iuxta supra dicta, & quatenus sicut cum aliis causalib[us] fata fine, qui semper adest, cum adest efficiens, ita ordinantur ad suos effectus, ut subintendit diuina prouidentia sive ipsum Fatu non in communione sed tale.

161 Ut autem Fati nomine nobis uti non licet intelligendo per Fatum necessitatem, seu vim aliquam, que tollat libertatem, ut intellexerint authores trium errorum, quos supra retulimus: ita licet intelligendo per Fatum id, quod nos ex communis recta philosophantium lententia diximus, licet non ita pallidum Fati, aut fatalis dispositionis effectus nō nomen iuripandum videatur, ne ruditius errandi occasio prebeatur.

162 Fato opponitur contingentia, quae fine dubio datur, & est ratio formalis, qua aliquid constitutur contingens, hoc est potens esse, & potens non esse, & tam multiplex distinguiri potest, quam multiplex est effectus contingens. Dixi quam multiplex

⁵
Contin
genita.

est effectus contingens, non autem quām inūtūplex est causa contingens, quia contingētia propriè dicitur potius de effectibus quam de causis, quas cum aliquando contingentes, aut non contingentes vocamus, in ordine ad effectus contingentes, aut non contingentes ita vocamus.

Dupliciter autem potest aliquis effectus dici contingens primo quia causa, & praez; intentione agentis quia causa, & de effectu contingenti sic sumptu, qui propriè dicitur effectus casualis, vel fortuitus, nou agimus hic, sed infra, ubi de causa & fortuna: secundo quia non sit necessarius, sed possit esse, & possit non esse: Atque hoc secundo modo lumpus effectus contingens duplex est, alter, qui dicitur contingens intrinseca, seu ab extrinseco, alter, qui dicitur contingens extrinseca, seu ab extrinseco.

163 Effectus contingens ab extrinseco dicitur illud, qui procedit à causa libera, & potest illum causare, & potest non causare, atque ita ex vi sua intrinseca dat contingētia effectui. Quare non dicitur effectus contingens ab intrinseco, quia habeat contingētiam sibi intrinsecam: contingētia est dereminatio extrinseca desumpta ex potentia, & ratione causandi causa, secundum quām effectus denominatur potens esse, & potens non esse. Effectus contingens ab extrinseco dicitur illud, qui procedit à causa, quia licet ex se necessaria sit, hoc est non posse non causare effectum, extrinsecus tamen ab aliqua alia causa sive libera, sive necessaria impedit potest, ne caufet effectum, atque ita non ex vi sua intrinseca habet, & dicitur contingētia effectui, quām eodem modo dicitur est effectus contingens ab intrinseco, & diximus est contingētia, quæ dicitur ab intrinseco.

164 Ita autem datur contingētia, vt nō tollat diuinam præscientiam, sicut nec hac tollit contingētiam, & licet supposito, quod Deus ab atro p̄suideat aliquid futurum contingens verbi gratia, Petrus tali tempore, & loco ac buntur, non posse in sensu cōposito, seu ex tali suppositione Petrus tali tempore, & loco non ambulare, seu quod id est necessario in sensu cōposito, seu ex tali suppositione Petrus tali tempore, & loco sit ambulatus: haec tamen necessitas est tantu in sensu cōposito, seu ex suppositione, & consequenti, quæ non tollit contingētiam, & autem in sensu diuisio, seu absolute, & consequenti, quæ tolleret contingētiam.

165 Proxima radix contingētia est ip-

sa natura cause, à qua est effectus contingens, sive si causa libera, sive naturalis, & necessaria, sed ab extrinseco impedibilis: remota est ipse Deus, qui tamen non dicitur radix remota contingētia, seu effectus contingētium ab ipso solo dependentium, illorum enim est causa proxima, sed effectus contingētium dependentium à causa secunda, quorum Deus dicitur causa remota, quatenus dedit, & conferat esse, & vires agendi ipsi cause secunda, licet sit etiam causa proxima, quatenus etiam ipse immediata, & proximè concurredit ad omnes effectus causarum secundarum, vt dictum est capite superiori.

166 Cum autem queritur, an si Deus non esset causa libera, sed necessaria, sen ex necessitate operans, posset esse contingētia, seu effectus contingens, distinguendum est, multipliciter enim intelligi potest proposta questione:

Primum ita, vt sensus sit, an si Deus per impossibile non haberet libertatem, posset dari contingētia, seu effectus contingens à causa libera; & sic respondentum est negatum.

Secundum ita, vt sensus sit, an si per impossibile ponetur Deus non habere libertatem, potest dari ei contingētia, seu effectus contingens à causa materiali, seu necessaria, sed ab extrinseco impedibilis: & si iterum distinguendum est, vel enim sermo est de effectu contingenti à causa naturali, seu necessaria, sed impeditib; à causa libera, & sic respondentum est negatum: Vel sermo de effectu contingenti à causa naturali, seu necessaria, sed impeditib; ab alia causa item naturali, seu necessaria, & sic respondentum est affirmatum.

Tertius ita, vt sensus sit, an dato per impossibile, quod Deus quacunque libere operari potest, necessitatō operaretur, causa tamē secunda esset, vt nunc sunt, alia libera, alia necessaria quidem, sed ab extrinseco impeditib; adiut potest esse contingētia, seu effectus contingens: & in hoc sensu respondentem est implicare in terminis.

Quarto ita, vt sensus sit, an dato per impossibile, quod Deus non liberē, sed necessario concurredet cum causa secundis, cumdem tamen realiter concursum invariatum illis necessario praefaret, quem nunc liberē præstat, & causa secundis haberent eandem naturam, & vim, quam nunc habent, ita vt aliae essent libere, aliae necessaria quide, sed

ab extrinseco impediti posset, adhuc potest esse contingentia, seu effectus contingens: & in hoc sensu respondentum est affirmatiue.

167 Si rursus queratur, an vi detur contingentia, seu effectus contingens à causa necessaria, quæ tamen ab extrinseco impediti posset, ita requiratur aliqua causa libera, vt super impossibile nulla sit causa libera, non possit dari huiusmodi effectus contingens: & sic rursus distinguendum est, effectus enim aliquis à causa necessaria, sed impeditibili, vt dictum est, considerari potest, vel in ordine ad suam tantum causam proximam necessariam, sed impeditibilem, vt dictum est, & sic respondentum est affirmatiue: vel in ordine ad totam collectionem, & seriem cauferum vniuersi, & sic respondentum est negatiue. Propositiones de futuro contingenti, & de non futuro contingentи secundum veritatem sunt, vel determinate, veræ, vel determinatae falsæ, quidquid sit de sententia Aristotelis, quem alii in hoc deceptum, & cōtra fidei nostra principia locutum putant, alii excusare, & explicare conantur.

168 Contingentia affines sunt casus, & fortuna, quæ sunt causa per accidens. Differunt autem, inquit recte Aristoteles secundo Physic. tex. 57 quoniam casus in plus est (hoc est, quid vniuersalius est) quod enim est à fortuna, est à causa; hoc autem non omne à fortuna est. Casus igitur in communis, vt est quid vniuersalius causa prefē dicto, & fortuna, ex doctrina eiusdem Aristotelis recte definitur esse causa per accidens, seu effectus non intenti, & ex vi talis causa raro contingens. Casus autem prefē dictus, vt distinguitur à fortuna definitur esse causa per accidens, seu effectus non intenti, & raro contingens in ijs, quæ sine electione agunt ob aliquem finem. Fortuna vero causa est, inquit Aristoteles secundo phys. tex. 52, secundum accidēs in ijs, quæ secundum electionem eorum, quæ propter aliqui sunt, id est causa per accidens seu effectus non intenti, & ex vi talis causa raro contingens in ijs, quæ ex electione agunt ob aliquem finem. Itaque casus prefē dictus, & fortuna differunt tantum ratione subiectorum, in quibus sunt, & consequenter tantum accidentaliter, nisi sumuntur reduplicatiue, causus quidem prefē dictus, vt causus prefē dictus, & fortuna, vt fortuna, & tam causus prefē dictus, quam fortuna pertinet ad causam efficientem, non autem ad alias.

169 A casu prefē dicto, & fortuna diffe-

runt, frustra, temere, & vanum. Frustra enim propriè dicitur, quod incasum, & nequicquam est, hoc est non consequitur suum finē ex secundo Physic. tex. 61, licet interdum sumatur etiam pro supereracaneo, & alias etiā apud Latinos habeat significations. Temere vero idem est quod casu, & temerarium, quod casuale in communi. Interdum tamen temeraria cā dicitur illa, quæ dirigit actionē in finem, in quem non est apta dirigi: & temeraria actio, quæ sic dirigitur. Vanum denique dicitur quod in nullum debitum finē dirigitur, cum aptum sit dirigi, ut alias notiones omitram, & fieri potest, vt aliqua causa simul sit frustra, & casu, aut fortuna, vel frustra, & non casu, aut fortuna, vel in contrario. causa etiam temeraria, & vanum cum casu, & fortuna variè coniungi possint.

170 Respectu Dei nulli dantur, aut datur possunt effectus casuales, aut fortuiti, & consequenter nunquam potest Deus dici causus, aut fortuna, respectu Angelorum, & hominum, quatenus ex electione operatur, nulli item dantur, aut dari possunt effectus casuales, aut fortuiti, & consequenter nec ipsi, vt sic, dici possunt casus, aut fortuna: dantur tamen respectu eorumdem præsternit homini, cum ex electione operantur multi esse caus fortuiti, & consequenter ipsi quoque, vt sic, dici possunt fortuna, respectu denique aliorum agentium naturalium dantur multi effectus casuales, & consequenter ipsa agentia naturalia, vt sic dicuntur causas.

171 Quod Aristoteles sexto Ethic. ca. 4, docet circa idem versari artem, & fortunam, quondam, & confirmat dicto illo Agathonis fortunam amat ars, artem ipsa fortuna innicet, non pugnat cum eo, quod idem Aristoteles docet primo Met. cap. primo, vbi experientia, inquit, vt recte Polus ait, artem genuit, in ex perientia fortunam, quod Poli dictum alius verbis habetur apud Platonem in Gorgia: & eodem modo docet Aristoteles. 6. Ethic. cap. 4. artem, & fortunam versari circa idem, quomodo docet secundo Physic. tex. 52. fortunam, & intellectum, esse circa idem, quia scilicet ars est habitus intellectualis, ac proinde speatur ad causam efficientem intellectualem sicut, & fortuna, & habet idem obiectum materia, licet non ad quatuor. Praterea negi: ars, neque fortuna sunt circa necessaria, seu quæ aliter se habere non possunt, sed circa contingentes, seu quæ aliter se habere possunt, quod tamen intellige de arte prefē dicta, seu vrente.

Verē

172 Verè etiam ab eodem Arist. secundo Magn. Moral. cap. 8. dictum est, ibi minus esse fortunę, vbi plus est intellectus. Quare si quis evidenter intellectu præuideat effectū aliquem, etiam si illum non velit, aut etiam aueretur, aut negatiū se circa illā habeat, nō potest ille effectus respectu illius dici fortuitus, & consequenter nominis in unctionis in definitione fortunę non est intelligenda solum intentio proprii dicta, id est appetitiva, & prosecutio, sed etiam fuga, & præterea intētio, ve dicimus etiam de acu intellectus. Si autem probabiliter tantum præuideat eundem effectum, catenus possit esse illi fortuitus, quatenus eius prævisionem effugiet.

173 Quare autem casus, & fortuna incertā dicantur, rationē optimam afferat Aristoteles secundo Physic tex. 56 & 57. quia neque semper, neque frequenter posibile est esse quidquāe eorum, quae sunt à casu, & fortuna. Quid item sit bona, & mala fortuna egregie idem Aristoteles tex. 56. citato exponit his verbis: fortuna autem bona quidem dicitur, cum bonum aliquid eveniat, mala autem cū malum aliquid: prosperitas verò fortuna, & infortunium cum magnitudinē habent, hac. Quocirca, & cum parum absit, ut quis malum, aut bonum capiat. magnum, est, vel infortunium esse, vel bene fortunatum, quoniam tamen existinet dicitur intellectus. Quid enim parum, tanquam nihil distare videtur, hac ille. De vī nominis fortuna idem proportionaliter dicendum videtur, quod de vī nominis fati dictum est.

174 Inter effectus casuales, aut fortuitos sunt etiam Monstra. recte autem monstrum definitur esse effectus naturalis à recta, & solita secundum speciem dispositionis insigne generans. Dicitur effectus naturalis, quia licet etiam in arte factus, cum insigne ab arte recedunt, monstra videantur ex Aristotele secundo Physic tex. 82. tamē illa p̄s analogiam quādam mistam ex attributione, & proportione ad monstrum naturalia sic appellantur. Contingunt autem monstra ex defectu, vel excelsu, vel variatione aliqui principiū ad producendum effectum requiri. Iraque tot postulat distinctionē causarum monstrorum, quorū sunt principiū, ex quorum defectu, vel excessu, vel variatio ne effectus naturalis à recta, & solita secundum speciem dispositionis insigne degenerat, quāmvis à quibvldam reducantur ad duas, ad materiam scilicet deficientem, vel.

redundantem, vel variatam, & ad efficiens debilius, vel validius, vel variatum.

175 Quid si queratur, an monstrum per accidens, seu casu, an per se, seu ex intentione natura sit, distinguendū est: comparationē potest monstrum primō cum sola causa impedita, & respectu illius est effectus casuālis, si causa illā sit naturalis, seu necessaria, vel fortuitus, si libera. Secundo cum impedita, & impeditientibus totali, seu cum causa impedita, & impeditientibus omnibus simul sumptis, & respectu illarum noui est effectus casuālis, aut fortuitus, sed materialiter quidem sumptum est effectus per se intentus primarij, formaliter vero, seu quoad deformitatem, & imperfectiōem, quam includit, est effectus per se intentus secundarij, seu consequenter. Tertiō cum causa impedita, & impeditiente partiali, seu cum impedita, & aliqua causa rūm impeditientium, & si iterum distinguendū est: Vel enim huiusmodi causa particularis impediens intendit effectum monstruum, & respectu illius est effectus per se primarius quidem ratione entitatis, secundarius verò ratione deformitatis, & imperfectionis consequentis: vel non intendit, & sic respectu illius est effectus casualis, si sit causa naturalis, vel fortuitus, si libera, modo tamen sit causa efficiens. Quarto cum causa prima, seu Deo, & respectu illius non est effectus casualis, aut fortuitus.



M O T U S .

Cap. VI.

¹
Mens
exiſtē.

²
Eſiſtē
definitus

176.  Otus in communi, qui cum mutatione item in communi confunditur, licet ab ea interdum distinguitur, ut inſra, & quem dari, ac noſtilimam corporis naturalis paliōnem eſſe, conſtat, recte ex quinto Physic. tex. 7. deſinuit eſſe diſtinctus alioſius ex quodam in quoddam, qui neceſſario tria requiriunt, nempe ſubiectum, quod trāſeat terminum a quo tranſeat, & terminum ad quem tranſeat, non ita, vt tranſitus, & cōfqueuerit motus fit ali quid à parte rei diſtinctum ab his tribus, & relatum ad hac tria, tāquam ad terminos ipsi extiñſeos, ſed ita ut ſecundum ſuam eiſentiam adquāte ſumptris, nihil fit à parte rei diſtinctum ab ipſo eſſe ſubiecti priuſus termino a quo, deinde ſub termino ad quem, & conſequenter intrinſece, & eſſentialiter cōſtitutur ab his tribus ſumptris non ſecundāle, ſed ſecundum eſſe ſubiecti priuſus ſub termino a quo, deinde ſub termino ad quem, in quo eſſe nihil includitur à parte rei diſtinctum à pradiſis tribus.

177. Quo ita ſe habet, ut ſubiectum, ſeu quod idem eſt, materia fit iemper aliquid poſitiū m aptūne eſſe priuſus ſub termino a quo, deinde ſub termino ad quem: terciānis a quo ſit priuſus termino ad quem, & terminus ad quem ſi rima e propta dicta priuationi, ſi motus fit acquirentius: entia vero terminus a quo ſit forma, & terminus ad quem priuationi oppoſita dicitur forma, ſi motus fit deperdiſtius. Quare ad conſtituendam intrinſecam, & eſſentialē rationē motus, ſeu mutationem in communi neceſſario requiriunt, & ſufficiunt materia, priuatione, & forma, hoc eſt materia priuſus ſuo priuatione, deinde ſub forma, vel e contrario. In idem recidiſi dicas, motum, ſeu mutationem in communi eſſe id, quo res aliter, & aliter ſe habet, ad quod item neceſſario requiriunt, & ſufficiunt praedicta tria. Nec ab his definitionibus re ipsa diſferunt alia, quibus definitur motus eſſe actus entis in potentia, prout in

potentia ex 3. phys. tex. 6. vel actus mobilis, quatenus mobile eſt ex tex. 16. vel actus actiui, & paſſiui, quatenus huiusmodi, ex tex. 18. & 23. quamquam haec ultima definitio, qua indicatur etiam tex. 18. non eſt definitio motus, vt ſic, ſed motus vt includit actronem, & paſſionem.

178. Sed quoniam inter omnes motus de finitiones, vt per obſcura, ut per celebria, ſi allata ex 3. phys. tex. 6. ea ſic videatur intellegenda, ut motus fit actus entis in potentia, id est ſubiecti habentis priuationem, prout in potentia, id est prout tendit ab illa priuatione ad formam, ſeu a quā perfectum, cujus habet priuationem, & conſequenter fit actus imperfectus, ſeu in fieri couiti aenſilud ſubiectum in potentia proxima non qua cunq; ſed tendente ad actum perfectum, ſeu terminum ad quem in factu eſſe, qua potentiā proxima tendens, ſeu via, & tendētia nihil ſi aliud, quam prodeſcio iphius actus perfecti, ſeu termini ad quem in ſubiecto. Cum autem dupliſter intelligi poſſit, moſi eſſe actum, ſeu formam imperfectam, ſeu in fieri, ut dictum eſt ſubiecti habentis priuationem, primò ita ut ſi actus, ſeu forma, ut dictum eſt, ſubiecti habentis priuationem, quam non omnino, ſed ex parte tantum abijat preſente huiusmodi actu, ſeu forma imperfecta, ſeu in fieri, ſicut ſemper ſum p abicit priuationis, quantum acquirit forma: Secundo ita ut ſi actus, ſeu forma, ut dictum eſt, ſubiecti habentis priuationem, quam omnino abijcat preſente huiusmodi actu, ſeu forma imperfeta, ſeu in fieri ita intelligi debet, vt ſi actus, ſeu forma, ut dictum eſt, ſubiecti habentis priuationem abſtrahendo a primo, & ſecundo modo. Et hoc ſenu expli- cita definitio non ſolum bona eſt, & ſecundum eſt conuenienter etiam motus non physis, licet ut in Physica trāditur, limitetur ad motum phycum, ſed etiam abſtrahendo a motu ſuccelluo, & instantaneo, & utrique conuenienter etiam conuenient omnibus, actionibus in inanitate, phyci ſumptris non formaliter, ut actiones vix, ſed concomitant, ut mutationes sunt, & abſtrahendo a primaria intentione Aristotelei: etiam non physis, ſicut, & motibus uiolentiis artificialiis, alijsq; omnibus non naturalibus.

179. Si tamen eadem definitio ita expli- caretur, ut meritis eſſet actus imperfectus, ſeu in fieri conſtituens mobile in potentia eū priuatione ad ulteriorem perfectionem, ſeu ita actus mobile, ut reliqueret illud in po- tentia cum priuatione ſecundum quam ma-

gis, ac magis possit actuari; vel quod in idem recideret, ita ut motus esset actus imperfectus, seu in fieri subiecti habentis privationem, quam non omnino, sed ex parte tantum abjeiceret praeferente huiusmodi actu imperfetto, seu in fieri, ut supra dictum est, non conueniret usi motu successivo. Sed haec explicatio non esset ad mentem Aristotelis. Et cum motus dividitur in successuum, & instantaneum non sumitur adquaque secundum omnia, quia in sua effectuā inclusū, & nos supra explicauimus, quomodo tam implicat contradictionem, vñlum motum esse instantaneum, quam implicat formam, & priuationem illi oppositam esse in eodem subiecto, eodem instanti temporis: Sed sumitur inadquatae pro solo termino ad quem, qui in aliquo motu fit successiuē, & ratione illius dicitur motus successivus, in aliquo fit in instanti, & ratione illius fit ille motus instantaneus.

180. Ac licet omnis motus à mouere, quod non fit etiam mobile respectu eiusdem motus, quomodocunque sumptus distinguatur realiter complete, à mobili tamen motus quidem inadquatae sumptus solo prolo termino ad quem, quomodo sappè à Philosophis sumitur, distinguuntur realiter complete, vt includens ab inclusō à termino autem ad quem motus quidem inadquatae sumptus non distinguuntur realiter, immo nec formaliter, si terminus ad quem, intrinsecus sumatur, vt est terminus intrinsecus actualis, ad quem mobilis transfit à termino à quo: motus vero adquatae sumptus ab eodem termino ad quem distinguuntur realiter incomplete, vt includens ab inclusō à termino autē à quo intrinsecus motus quidem inadquatae sumptus distinguuntur realiter complete, motus vero adquatae sumptus distinguuntur realiter incomplete, vt includens ab inclusō.

181. Atque, ut intelligatur, quomodo etiam ab actione, & passione distinguatur motus, aliquid prius de actione, & passione dicendum est. Actio igitur non est relatio extrinsecus adveniens, nec modus forma, aut rei qua sit modaliter à forma, aut rei qua sit distinguita, à quo agens dicitur agere, & forma, seu fieri: Sed est ipsa res, quae sit sumpta non secundum se praeceps, sed ut sit ab agente, seu ut pendat in suo esse ab agente. Ut rāmen haec actionis in omnium definitio concepar omni actioni non solum produciat, sed etiam conseruat, similitudine est particula illa fieri ab agente.

vt extenditur ad fieri ab agente, non solum per productionem, sed etiam per conseruationem, aut dicendum actionem esse rem, vt est, seu pendat in esse ab agente, sive producatur, sive conseruantur, seu quod idem est, esse ipsam formaliter dependentiam rei in suo esse ab agente, sive producent, sive conseruantur: quia dependentia ab agente, seu actio non distinguatur realiter, seu à parte rei nō modo est, quia dependet ab agente seu agitur, sed tantum formaliter, seu virtualiter.

182. Quia nobrem actionis definitio tradita a Gilberto Porretano lib. de sex principijs c. 2. his verbis, actio est secundum quam in id, quod subiectum agere dicimur, non est admittenda, non solum quia nō oīs actio est circa subiectum, sed et quia actio formaliter non est id, secundum qd agens d' agere, seu denominatur agens (cūm ex dictis capite quarto constet agens constitui formaliter agens per causitatē agentis, q. ibidē diximus, sive esse actione, sed ipsam virtutē agere), ut et id à quo est effectus actu, q. virtus sic sumpta secundū id totū, qd dicit formaliter est in agente, licet dicat et in obliquo esse clā actu, sed id, quo res d' agere, seu actio nisi forte sumatur actio pro efficiencia, seu agencia, si ita loqui fas sit, hoc est pro causitate agentis, q. dixi, q. posset quis appellare actione non activa, alia verò supra definiti actionem pauciū. Aliā autē definitio actionis, quia a quibzā assertur his verbis, actio est qua media, ut via effectus recipit esse ab agente, bene, & male intelligi potest: male quidē si intelligatur esse qd a parte rei distinctū ab effectu, quod d' recipere ēē bene aut si intelligatur ēē ipse effectus, ut recipit esse ab agente, sive producent, sive conseruantur, ita ut actionem esse viam, seu tendentiam ad effectum nihil aliud sit, quam esse productionem, aut conseruationem, & vno verbo dependentiam effectus ab agente.

183. Quia dependentia, seu actio, sicut formaliter sumpta est relatio qdā non qdē p̄dicamentalis, sed trācēdētalis, effectus ad agēta sūpta materialiter, ut accidēs quoddā est seu qd h̄is se per modū accidēs respectu et effectus, sicut relationē trācēdētale ad ipsū et factū sumptū itē materialiter, seu ad rē, quā est effectus, dicit inquam relationem trāscēdētalem, non realem si impliciter sic dicā, cū non distinguatur realiter, seu à parte rei ab effectu sumpto, ut diximus, sed formalē, seu virtualem, cū formaliter, seu virtualiter in illo sūpto, ut diximus, distinguatur, sive sit, actio immans, sive transiens

Dicitur autem actio immanens prefēta, quæ recipitur in eodem præcise principio, à quo elicetur, ut intellectio, & volitio; latius quæ recipitur in eodem supposito; non tamen in eodem præcise principio, à quo elicetur, ut accidens, quod producitur à forma, sed recipitur in materia, quam forma illa informat, non autem in ipsa forma, actio vero trāfies, quæ non recipitur in eodem præcise principio, aut supposito, à quo elicetur, sed in alio, quod ipsi extrinſic.

184. Hinc pater actionem tranſeuntē non esse in agente, ut in ſubiecto, ſed in paſſo vel realiter ſe diſtinguo, quando eſt actio, qua fit aliqua forma, ſue ſubſtantialis, ſue accidentalis in ſubiecto, vel formaliter, ſeu virtualiter tantū ſe diſtinguo, quando eſt actio, qua fit aliquod ſuppoſitum, vel materia prima, vel forma aliqua, ſue ſubſtantialis, ſue accidentalis extra ſubiectum, ut per Dei potentiam fieri potest. Factum tamen, & implicans contradictionem eſt, quod quidam dixerunt actionem, quidem tranſeuntē habere terminum, immanentem autem non habere, cum de ratione omnis actionis, & conſequenter etiam immanentis fit, ut habeat terminum, & ſi formaliter, ſeu virtualiter tantum ſe diſtinguo, ut diximus, quod fit, quæ ratur, qui nam fit terminus actionis immanentis verbi gratia, intellectio, & volitio, non noſtra, reſpondet ut ſe qualitatē, quia tamen ut eſt ab agente dicatur actio, & conſequenter, ut eſt ab intellectu, dicatur intellectio, ut à voluntate volitio, &c.

185. Paſſio eſt foris, quæ recipitur in ſubiecto ſumptu, neſcundum ſe, ſed ut recipitur, in ſubiecto, neſcundum idem eſt, ipsa recipi-
tio forma in ſubiecto. Quare nec paſſio a forma diſtinguitur realiter, ſeu a parte rei vel modo, ſed formaliter, ſeu virtualiter tantum, à ſubiecto vero forma diſtinguitur eo modo, quo ab eodem diſtinguitur forma. Dixi à ſubiecto forma, quia à ſubiecto ſuo immeſato, id est à forma ipsa, iam dictum eſt diſtingui, formaliter, ſeu virtualiter tantum.

186. Inter ſe autem actio, & paſſio ita ſe habent, ut actio quidem quæ fit forma, ſue ſubſtantialis, ſue accidentalis in ſubiecto non diſtinguitur realiter, ſeu à parte rei, ſed formaliter, ſeu virtualiter, tantum à paſſione: actio vero, quæ fit ſuppoſitum, vel materia prima, vel forma, ſue ſubſtantialis, ſue accidentalis extra ſubiectum, ut per Dei potentiam fieri potest, diſtinguitur realiter à paſſione propriè, & ſimpliſciter ſic dicta.

Dixi propriè, & ſimpliſciter ſic dicta, quia licet actio etiam, qua aliiquid fit extra ſubiectum materialiter ſumptu dici possit, eſte, ſeu recipi in eo quod agitur, & conſequenter ſub hac ratione eſte paſſio quædam, quod idem dici potest de qualibet alia formalitate, ſeu ratione formalis obiectu respectu eius, respectu cuius eſt formalitas, ſeu ratio formalis obiectu, tamen nomine passionis propriè, & ſimpliſciter ſic dicta non intelligi tur recipio alicuius, quod formaliter, ſeu virtualiter tantum diſtinguitur ab eo, à quo recipitur, ſed rātum recipio alicuius a parte rei diſtinguo ab eo, in quo recipitur. Ex quibus denique perſpicuum eſt, actionē, qua fit ſuppoſitum, vel materia prima, vel forma, ſue ſubſtantialis, ſue accidentalis extra ſubiectum, ut per Dei potentiam fieri potest, nec formaliter, nec realiter eſte motum: actionem autem, qua fit forma, ſue ſubſtantialis, ſue accidentalis in ſubiecto, & paſſionem illi respondentem eſte realiter, ſed non formaliter motum acquisitum in adaequatione ſumptu. Eadem enim forma eſt formaliter actio, ut fit ab agente, paſſio, ut recipi in paſſo, motus acquisitiu inadaequatē ſumptu, ut eſt terminus intrinſecus, ad quem ſubiectum tranſit: ex termino à quo.

187. Triplex autem motus, ſea mutatio diuiditur ab Aristotele s: Physic. ix. 7. vna qua eſt ex ſubiecto in ſubiectum, hoc eſt ex termino poſitivo in poſituum, & hac eſt, etiam ex Aristotele ſententia, motus preſe dictus, ut paulo post explicabitur: altera, qua eſt ex non ſubiecto in ſubiectum, hoc eſt ex termino priuatiuo in poſituum, & hac eſt generatio:tertia, qua eſt ex ſubiecto in non ſubiectum, hoc eſt ex termino poſitivo in priuatiuo, & hac eſt corruptio: quamquā nec generatio, nec corruptio, ſue ſubſtantialis, ſue accidentalis eſt formaliter, ſed tantum concomitantem mutatio, quarta enim qua ſingulis potest mutatio ex non ſubiecto in non ſubiectum, hoc eſt ex termino priuatiuo in terminum priuatiuum, non eſt vera, & rea lis mutatio:

188. Rationem, cur hæc quarta ex non ſubiecto in non ſubiectum non fit vera mutatio, reddit ibidem Aristotel. propter ea quod non eſt, inquit, ſecondum oppositionē, neque enim contraria: neque contradictionē, quibus verbis docet, omnem mutationē veram, & per ſe debere eſte inter terminos veros, & per ſe oppofitos, vel contrarii, vel contradictiones.

5.
Mores
diuſie.

Dixi omnem mutationem veram, & per se quia Aristoteles statuit triplicem triū esse mutationem, ut dictū est, non loquitur de mutationibus per accidens, id est, seu quā sunt inter terminos per accidens, indeterminate concorrentes, quās omnes sive sint per accidentis ratione subiecti, sive ratione agentis, sive ratione termini, iam supr. tex. 6. reiecerat, quā sunt sine fine: sed loquitur de mutationibus per se, seu quā sunt inter terminos per se, id est determinate cōcurrentes. Quos terminos docet debere esse verē, & per le oppositos, vel contrarie, quod cōuenit terminis mutationis ex subiecto in subiectum, qui sunt int̄ se contrarii, vel contradictriori, quod conuenit terminis mutationis ex non subiecto in subiectum, & ex subiecto in non subiectum, qui sunt inter se contradictriori, nomine tamen terminorum contrariorum intelligendi hic secundum Aristotelem sunt non contrarij presē, nec itē contrarij priuatiū tantum, sed termini positiviū incompōsibilis, ratione negationis ad iunctā, cuiusmodi sunt quantitas extensa, vt quatuor, & extensa, vt duο tantum, calor intensus, vt quatuor, & intensus, vt duo tantum, locus sursum, & deorsum, nomine verō terminorum contradictriorum intelligendi sunt non termini contradictriori presē, sed latē, hoc est priuatiū oppositi.

189 Subdiuidit idem Aristoteles, 5. phys. tex. 7. tam mutationem, quā est ex non subiecto in subiectum, quam, eam, quā est ex subiecto in non subiectum in substantiale, & accidentale: mutationem, vero, quā est ex subiecto in subiectum subdiuidit tex. 9. non in substantiale, & accidentale, sed in plures accidentales tantum, non quia non dēnatur multæ etiam mutationes substantiales ex subiecto in subiectum, seu quod idem est inter terminos positiviū, & quidem determinatos, sed quia per accidens est mutationi substantiali, vt mutatio substantialis est, quod sit inter terminos à quo, & ad quem de terminatos: iminō etiam per accidens est eidem mutationi substantiali, vt mutatio substantialis est, quod sit inter terminos positiviū, sicut vt de facto sit naturaliter semper sit inter terminos positiviū.

190 Dixi supradictum, seu mutationem ex subiecto in subiectum esse motum presē dictum, qui motus, & mutatio interdum sumunt latē quamvis propriè, & sic inter se distinguuntur, non tan̄en ita, vt motus presē dictus idem sit, quod motus, seu mutatio

successiva, motus vero presē dictus idem sit quod motus, seu mutatio instantanea. Sed ita, vt motus presē dictus sit omnis, & solus motus, seu mutatio, quā est ex subiecto in subiectum, sive sit successiva, sive instantanea; mutatio verō presē dicta sit omnis, & solus motus, seu mutatio, quā est, vel ex non subiecto in subiectum, vel ex subiecto in subiectum, sive item sit successiva, sive instantanea. Ac motus quidem presē dictus ab Aristotele 5. Phys. tex. 9. subdiuiditur in eum, qui est secundūm quantitatem, & dicitur augmentatio, & diminutio, caret enim communis nomine, & in eum qui est secundūm qualitatem, & dicitur alteratio, & in eum, qui est secundūm locum, & dicitur latio, de quibus singulis suis erit dicendi locus. Motus vero presē dicta subdiuiditur in generationem, & corruptionem non tamen formaliter, sed conceitante rumpitas, vt dictū est. Quare mutatio presē dicta prater subiectum, & duo terminos alterum positivum, alterum priuatum, fine quibus nulla potest esse mutationem, nihil aliud requirit: motus vero presē dictus, qui vt mutatio requirit essentialiter eadem tria tantum, vt motus presē dictus requirit præterea alterum terminum positivum, ita vt quatenus talis, sit inter terminos positiviū.

191 Alter etiam à quibusdam diuiditur motus, seu mutatio in communī in acquisitam, depeditiūam, commutatiūam, acquisitam appellante generacionem omnem, sive substantiale, sive accidentale: sed depeditiūam verō corruptionem omnem, sive substantiale, sive accidentale: commutatiūam denique tripliciter subdiuidit, nempe in eam, quā est cum lucro, hoc est augmentationem, & intensiōem, eam quā cum damno, hoc est diminutionem, & remissiōem, & eam, quā est cum equalitate, hoc est motum localē. Sed mutatio commutatiūam cum lucro re uera spectat ad acquisitiam, commutatiūam verō cum damno ad depeditiūam, commutatiūam denique cum lucro partim ad acquisitiam, partim ad depeditiūam proinde melius diuiditur in acquisitiam, & depeditiūam, vel in acquisitiūam tantum, cuiusmodi est non solum generatio rum substantialis, tum accidentalis, sed etiā augmentatio, & intensio: depeditiūam tantum, cuiusmodi est nō solum corruptio tum substantialis, tum accidentalis, sed etiam diminutio, & remissio, & acquisitiam, ac depeditiūam simil, cuiusmodi est motus localis, qui tamen sumi etiam potest præcise, vt

acquisitiuus, vel precisi, vt deperditiuus.

192. Diuiditur etiam, accidentaliter tamen, motus, seu mutatione in communi in naturalem, & non naturalem. Naturalis dicitur, qui est à natura: non naturalis, qui non est à natura, & multipliciter subdividi potest. sed hic libet explicare eum, qui subdividi solet in præternaturalem, & violentum præternaturalis est, qui si in subiecto non habente neque inclinationem actiua, neque repugniantem positiuam ad illum motum, cuiusmodi dicitur esse motus circularis ignis in concauo. Luna ex suppositione quod sit huiusmodi ignis, & concavum lunæ, & Cœlum illud circulariter movetur, sed cum huiusmodi motus repugnet non quadam motui, sed quieti ignis in suo loco, non potest dici præternaturalis ignis, nisi quatenus non repugnat motui ignis. Simplificiter præternaturalis motus est, albefactio verbi gratia corporis natura sua nec poftulantis, nec reiiciens albedinem. Violentus vero est, qui sit in subiecto habente positiuam repugniantiam ad illum motum, vt motus la pidis furcum.

193. Definitur autem violentum in communi, (vt hoc obiter hic dicitur) ab Aristot. 3. ethic. cap. i. esse id, cuius principium extrinsecus est, nihilque ad id confert ille, qui cogitur, vel vt communiter dicitur id, cuius principium est extra nullam vim conferente passio, intellige non negatiuantum, sed positiue, ita vt violentum propriè, & pessè sit illud, ad quod patuum: a non confert vim, seu non actiue inclinat, vt etiam ei politius repugnet. Dixi propriè, & pessè, quia violentum, & contra naturam interdum ab Aristot. sumitur latius, vt complectit etiam id, quod est tantum præter naturam.

194. Diuisio motus seu mutationis in successuum, & instantaneam, quomodo intelligenda sit supradictum est. Quæram tamen hic potest, an successio cuiuslibet motus successui sit continua, an discreta, seu interrupta. sed responsio pender ex dicendi de alteratione, & augmentatione. Interim tamen dicendum est vnum numero motum successuum debere habere successio nem continuam non est tamen successio de essentiâ motus successuum, nisi sumatur reduplicatio, vt successius, sed proprietas, naturaliter quidem inseparabilis à motu, cuius est successio, supernaturaliter autem separabilis quoad actum secundum tantum à motu secundum quantitatem, & secundum

qualitatem, non tamen à motu locali. Quid autem sit successio dicitur alibi. Alias motus, seu mutationis in communi diuisiones, quæ possunt præfertim dictis difficiliter habere non possunt, præterea.

195. Unitas genericæ, & specifica motus inadæquatæ sumpti sumitur à termino ad quem intrinsecus formaliter sumpto eiusdem motus, ita vt ad quod genus, & speciem pertinet terminus ad quem intrinsecus, & formaliter sumptus ad illud, & illam pertinet etiam motus inadæquatæ sumptus. Dixi à termino ad quem intrinsecus, quia extrinsecus non pertinet ad essentiâ motus, licet in motu locali terminus ad quem intrinsecus explicari soleat per terminum ad quem extrinsecum, qui est notior.

Dixi etiam formaliter sumpto, quia à termino ad quem intrinsecus sumatur materialiter vt res quædam est, fieri potest, vt sit idem specie in motibus diversis speciei. Unitas numerica motus inadæquatæ sumpti sumitur item à termino ad quem intrinsecus formaliter sumpto, ita vt tunc sit vnius numero motus inadæquatæ sumptus, cum est vnu numero terminus ad quem intrinsecus formaliter sumptus. Si autem sermo sit de unitate sue genericam, siue specifica siue numerica motus adequaret sumptu, ea non sumitur à solo termino ad quem, sed etiam à termino à quo, & subiecto sumptus non secundum se, sed vt consonant adæquatæ essentiâ motus modo supra explicato, vel si etiam motus adæquatæ sumptu dicitur sumere suam unitatem siue genericam, siue specificam siue numericam à termino ad quem modo dicto, subadiudicatum est tanquam à præcipuo, & magis distinctivo, non tanquam ab adiquato.

196. Posito autem uno numero termino ad quem motus intrinsecus formaliter sumptu, ponitur naturaliter præter vnum numero terminum à quo, etiam vnu numero subiectum, & vnu numero tempus non solum extrinsecum, si tanquam sermo fit de motu successivo, & in hoc sensu intelligendus est Aristot. 5. Phys. t. 34. vbi ad unitatem numericam motus requirit vnu numero terminum ad quem, vnu numero subiectum, seu mobile, & vnu numero tempus. Vnum verò motorem ad unitatem numericam motus, requirit idem Arist. 8. Physic. t. 49 & 83. non tamen ad unitatem numericam cuiuscumque motus, sed tautum motus necessarij, & eterni, quod tamen ipsum falso sum est.

6
Mores
unitas.

Atque hæc omnia, quæ de vnitate motus dicta sunt intelligenda sunt de motu in communi ad motum pressè dictum, & ad mutationem pressè dictam. Et eodem modo sumptus motus non ponitur per se in illo prædicamento, sed reducitur ad illud, ad quod pertinet eius terminus ad quem, si quidem sermo sit de motu inadæquate sumpto, vel partim ad illud ad quod pertinet subiectum, partim ad illud, ad quod pertinet termini, si sermo sit de motu adæquate sumpto.

197 Contrarij motus sunt pressè, vellatè, qui habent terminos ad quos contrarios pressè, vel latè. Ac motus ex contrario in contrarium pressè dictum verbi gratia, ex nigro in album, vel ex frigido in calidum, neque est unus tantum naturaliter loquendus, sed semper est, ut minimum duplex motus pressè dictus. & si sit ex contrario perfecto, puta ex frigido, vt osto, ad calidum ut osto, semper est duplex motus pressè dictus & duplex mutatio, nempe una generatio, & una corruptio, utraque accidentalis.

Recte nihilominus Aristoteles quinto Phys. tex. 47. docet motum, qui est ex uno contrario non esse contrarium ei, qui est in alterum contrarium, vt qui est ex sanitate ei, qui est in ægritudine, sicut enim inquit, & vnu est, est tamen non idem est ipsius, sicut non idem est ex sanitate mitari, & in ægritudinem. Quibus verbis significat motum ex sanitate in ægritudinem esse vnum subiectum, id est esse in eodem subiecto, distare tamen realiter sicut sanitas, & ægritudo differuntur.

198 Motui opponitur quietes, quæ duplex est, altera, quæ est priuatio motus, & duplicitate sumi potest, vt ipse motus, nempe, vel inadæquate, & est priuatio motus inadæquate sumptus, vel adæquate, & est priuatio motus adæquate sumptus; altera, quæ non est priuatio motus, sed permanentia sub forma, vel quasi forma, ut dictum est supra ubi de natura.

Mobile, seu subiectum motus in communione non ita necessariò debet esse diuisibile formaliter, vel virtualiter, vt si per possibiliter, vel impossibile (hoc enim alibi determinandum est) detur punctum indivisibile separatum, non posset moueri motu, tum latius, non ramen circularis in seipsum, tum alterationis, tum etiam generationis, sive accidentalis, sive etiam substantialis, tamen homogenea, non heterogenea, & corruptionis illi opposita non tamen motu aug-

mentationis, aut diminutionis.

199 Propositio autem illa, quidquid mouetur ab alio mouetur, si ita intelligatur, vt sensus sit quidquid mouetur, mouetur ab alterio, vel mouetur ab alio immediate, aut alterio mediate, quatenus habet ab alio potentiam, qua mouetur, vera est vniuersaliter, & de omni motu: sic ut etiam vera est vniuersaliter, si moueri sumatur latissime pro fieri, seu dependere, vel metaphorice pro allici à fine. Sed in nullo horum sensuum sumpta est ab Aristotele. Si vero ita intelligatur, vt sensus sit, quidquid mouetur, mouetur ab alio plusquam formaliter, seu virtualiter distincto, falsa est, nisi restringatur ad motum non vitalium, & praterea supponatur cōlūm non esse corpus simplex, quod a se moneatur. Alter intelligi potest eadem propositio ita, vt sensus sit, quidquid mouetur motu corpore tanquam mobile totale, seu completum, quod per se non autem per accidens mouetur, mouetur ab alio distincto realiter distinctione, vel complicitate, ut inter duos supposita, vel incompleta, ut inter suppositum, & eius partem, sive sit pars actualis, sive potentialis. Et in hoc sensu, quo eam 7. & 8. Physic. sumpsisse videtur Aristoteles, qui per illam intendebat probare, duecendum est ad unum principium motorem, à quo tanquam à primo principio penderet motus omnium corporum, vera est in omni genere motus, seu vniuersaliter, si supponatur de Calo, quod diximus conclusio non superiori, nisi tamen prædictam Aristotelis intentionem iuuat.



INFINITVM.

Cap. VII.

¹
Infini-
tus.



Nfinitum multipliciter sumi potest, vt patet ex Aristot. 3. Phys. tex. 34. & 21. Metaph. sum. 4. cap. 2. Sed sumptum, vt opponitur si nito ab antiquis definihebatur esse illud, cuius nihil est extra, id est cui nihil deficit, seu ex ea quod nihil potest accipi, quam definitio nem Aristoteles 3. Phys. tex. 62. & 63. merito rejicit, & addit eam conuenire perfecto, & tali, sic enim inquit definitum totum, cuius nihil absit intelligere eorum, quae ad eius naturam, seu essentiam pertinent, vt hominem totum, aut arcuatum, quia in totius definitionem habet etiam 5. Metaph. cap. 26. Ex propria deinde sententia definit Aristot. tex. 63. cit. Infinitum esse, cuius semper aliquid extra est, & tex. 63. Infinitum id est, inquit, cuius secundum quantitatem, accipientib. sem per aliquid accipere extra est. In qua definitio Aristoteles addit particulam illam (secundum quantitatem) quia non loquitor nisi de infinito, quantum in actu, de quo etiam an tiqui loquebantur: sed omnia illa particula, conuenient definiti cuilibet infinito, & illius sensus est, infinitum esse illud, cuius partibus quibuscumque finitis acceptis, semper remanent alias accipienda. Itaq; per particulam illam (extra) non significat Aristoteles extra infinitum posse semper aliquid accipi, siue enim posset extra infinitum aliquod accipi, si ue non, id nihil varia rationum infiniti praecise: sed significat praeceps, qualcumque partes finitas (quam particulam expresse ponit te. 57. ciuidem Libri), quae ex infinito acceptae sint, reinantere semper alias ex eodem accipiendas. Sed nomine partiis in his definitio ne infiniti in communi intelliguntur partes in communi, abstrahendo ab eo quod sunt partes formales, vel virtuales, actu, vel potentiis, distinctorum, entitatum, vel quantitatium, continua, vel discrete, &c.

201 Hoc modo explicata definitio Infiniti ab Aristotele tradita optimis est. Illud tamen addendum est, quoniam merito, vt dicit Aristoteles definitionem infiniti ab anti-

quis allatam reiecerit, quia conuenit toti, & perfecto, quatenus etiam ipsum quoddam totum est, & consequenter finito, cum totum est finitum: aliquando tamē sumi infinitum in ratione totius, & non in ratione infiniti praeceps, quae duo valde inter se differunt. Infinitum enim in ratione totius praeceps rationem infiniti participat, etiam rationem totius, & consequenter nihil illi addi potest, quo fiat maius in eo in que est infinitum: at infinitum in ratione infiniti praeceps participat rationem infiniti tantum, non autem rationem totius in eo, in quo est infinitum, & consequenter a liquid illi addi potest, quo fiat maius. Hinc patet infinitum in ratione totius remanens tale non posse sufficiere maius, nec minus: quoniam possit respectu illius esse, vel maius, vel minus, vel aequalis, & horum vnu quodque, vel in infinitatibus tantum, vel in infinitatibus, & finitatibus simili: Infinitum verò in ratione infiniti praeceps remanens tale posse sufficiere maius, & minus, & consequenter posse respectu alterius infiniti cuiuscumque esse, vel maius, vel minus, vel etiam aequalis, & horum vnu quodque, vel in infinitatibus tantum, vel in infinitatibus, & finitatibus simili, qua ratione etiam infinitum in ratione totius potest esse tale dupliciter, vel in infinitatibus tantum, vel in infinitatibus, & finitatibus simili.

202 Sunt autem necessarii in quolibet infinito infinites infinitae infinitates, & sub una ratione infinitae sub alia finita in infinito assignabiles infinitates, seu partes (summa pars nomine, ut supra dictum est) quae secundum se sunt finita, & consequenter determinatae, quoniam, ut infinita, & ut finita in infinito assignabiles sunt indeterminatae, & implicet in terminis contradictionem ab aliquo infinito separare omnes partes finitas. Dicitur autem infinitum in communi illud, quod vel nullas habet partes, ut punctum, vel habeat omnino certas, & determinatas, ut omnes humana mensuræ, sumpta semper noniune partis, ut supra dictum est.

203 Sed ad infinitum redeamus, quod ut supra definitum est, dividitur in infinitum actu, & infinitum potentia. Infinitum actu, quod etiam dicitur infinitum categoriem, cu dicuntur illud, cuius partes actu simili existentes in aliqua differentia temporis sunt infinita. Et hoc subdiuiditur in infinitum secundum essentiam, secundum extensionem, & secundum intentionem. Infinitum secundum

²
Infini-
tus.

et en-

essentiam dicitur, cuius perfectio essentialis est infinita, & hoc subdiuidi potest in infinitum secundum essentiam, seu in essentia sim pli citer, & in ratione totius, quod scilicet in sua essentia continet: omnem in omnino per fectionem, vel formaliter, vel eminenter, quam infiniti rationem patet esse propriam filius Dei, & infinitum secundum essentiam, seu in essentia secundum quid, & in ratione infiniti praefice, cuiusmodi est creatura, qui habe ret infinitum aliquam, non tamen omnię omnino perfectionem essentiam, si datur. Infinitum secundum extensionem dicitur, quod est infinita extensum. Et hoc subdiuidi tur in infinitum secundum extensionem con tinuum, seu magnitudinem, ut esset linea in finita si datur, & infinitum secundum exten sionem discretam, seu multitudinem, ut es sent infiniti homines si darentur. Sumitum autem hic etiam extensio latè, ut abstrahat ab extensione formaliter, & virtuali. Infinitum secundum intentionem dicitur quod est infinitum, seu habet gradus intentionis, ad eum verbi gratia, modum, quo diuidi com muniter solem, infinitos.

204. Infinitum autem potentia, quod dicuntur etiam infinitum syllogoreticum est illud, cuius partes actus simul existentes in aliqua differentia temporis nunquam pos sunt esse infinita, sed tantum finita in infinitum, hoc est finita quidem semper, sed nunquam tot, quia plures esse possunt. Et hoc sub diuiditur in permanentes, & successivum. Infinitum potentia permanens dicitur quod pos test habere partes permanentes finitas in infinitum, & subdiuiditur in infinitum potentia divisione, & adiectione. Infinitum potentia divisione dicitur quilibet magnitudo quatenus diuidi potest finite in infinitum. Infinitum potentia adiectione dicitur, cui finita in infiniti partes adiici possunt, ut mag nitudi, cui finita in infinitum partes, & numerus cui finita in infinitum variates adiici possunt. Infinitum potentia successivum dicitur, quod potest habere partes successivas finitas in infinitum, ut motus successivus, & tempus, si ab eterno sufficiat, vel in eternum duratur. Illud hic silentum non videtur, in finitum potentia non dici infinitum poten tia, quia possit aliquando esse rotum actu, sed quia aliquid semper illius remanet, quod est in potentia. Quare non est in potentia per fecta, qua nunquam tota ad actum redu ci potest.

205. Atque infinitum quidem in potentia

permanens, tum divisione, tum adiectione da tur in natura non tamen reducibile ad actu, eo modo, quo infinitum potentia reduci potest ad actu, ab ipsa natura, aut potentia naturali. Daretur etiam in natura multiplex infinitum potentia successivum, & quidem reducibile ad actu, eo modo, quo infinitum potentia successivum reduci potest ad actu, ab ipsa natura, si mundus duratur, est in alternum: sicut datur in animabus rationalibus respectu actu, quos successivum exercebunt, & dabitur etiam in corporibus humanis post resurrectionem a morte, respectu itidem actu, quos successivum exercebuntur. Datur etiam in natura de facto infinitum actu, non simpliciter se dicatum, sed secundum quid, seu cum addito, nempe infinitum actu in quibusdam formalitatibus, seu rationibus formalibus obiectu formali, seu virtualiter, tantum inter se distinctis, sed his exceptis, non est probabile vultum aliud in natura dari, aut etiam posse dari infinitum actu, licet nulla appareat evidens ratio naturalis, quia id demonstretur.

206. Questionis vero est multorum iudicio non facilis, an doctrina Aristotelis de infinite coheret cum aliis eiusdem principijs. Exempli gratia, an cohaerenter, & sine via contradictione dictorum afferat non dari infinitum actu, & infinitum non posse penetrari; & tamen Mundum fuisse ab eterno, & animas rationales esse immortales, &c. cui questioni respondentum est affirmaudo.

207. Maior difficultas est, an, & quomodo Deus cognoscat infinitum actu non in se, seu, quod sit ipsemet, non enim dubium est, quin Deus cognoscat seipsum actu infinitum, sed extra se, nequod non sit ipsemet, respondendum uero est, Deum cognoscere infinita actu extra se, non quidam actu, seu simul existentia a parte rei (exceptis tantum infinitis actu secundum quid, seu cum addito, hoc est in rationib. formalibus, de quibus supra) sed existentia actu, seu finis obiectum in intentione divina, & huiusmodi esse non solu in possibili, sed etiam futura per totam eternitatem. Quae omnia Deus ita cognoscit, ut non solum intelligat infinitum formaliter, hoc est ipsam rationem, seu quidam itatem infiniti quam & nos intelligimus: sed etiam infinitam materiam iter, doc est ipsum sublitrati, quod dicitur infinitum, & quidem non confusum, hoc est non cognoscendo distincte singulas partes, sed omnes simul per modum unius, quia ratione nos etiam intelligimus, sed distincte hoc

hoc est cognoscendo omnes, & singulas partes per ſe non ſucceſſiue, ſed ſimul, quo paſto noſ intelligere naturaliter non poſſuimus.

208 Difficilior ad huc controverſia videretur, an per abſolutam Dei potentiam fieri poſſit infinitum auctu ſimpliciter ſic dictum, respondentum vero eft fieri poſſe etiam infinites infinita inter ſe diuerſa, ſive in magnitudine, ſive in multiuidine, ſive in qualibet alia ratione non inuolente independentiam Dei propriam.

LOCVS, ET VACUVM.

Cap. VIII.

209



I nomen analogum eft. aliquando cuim fumitur metaphorice, vt cum materia dicitur locus forma, aliquando proprie, & hic diuiditur in locum circumscrip- tium, ſecundum quem vna pars formalis loci reſpondet vī partē formalē locati, alia alijs, qui locus proprius eft corporum, rerumque quantarum, & locum definitiu, ſecundum quem ali quid dicitur eſſe hic, & non alijs, qui locus proprius eft aliorum omnium, que ſunt in loco, & non circumscrip- tū, ve in ſta magis explicabitur. Locus circumscriptius alijs eft artificialis, & hic eft idem, quod vas, alijs naturalis, & hic no eft materialis, nec forma, nec interiu, illud con- tentum intra latera ſuperficie corporis con- tinens, ſive per illud interuum intelliga- tur quantitas, ſive substantia, ſive vacuum; nec eft poſitio, ſeu praefenti localis, ſeu vbi intrinſecum: fed eft vt ab Aristot. definiuit 4. Phys. f. 4 terminus primus immobi, ſis cor- poris continentis, hoc eft ſuperficies prima, & immobilia corporis continentis. Quare locus physicus, ſeu circumscriptius, forma- liter, ſeçionaliter ſumptus, ſi quidem ſit physicus, ſeu naturalis latē dictus, vt ſolū diſtinguitur ab artificiali includit tria, vide licet ſuperficie, concavitatem, ſeu aptitudinem ad contineendum (actualis enim con- tinentia non eft de eſtencia vilius loci) & im- mobiliteatem: ſi vero ſit physicus, ſeu natura- lis preſte, hoc eft naturaliter locato debitus,

includit etiam aptitudinem ad conſtruandum aliquo modo locatum. Corpus denique, cui haec inuenit eft, materiale loci, & connota- tum.

210 Idem locus physicus, ſeu circumscriptius ſive ſit physicus, ſeu naturalis preſte, ſive latē prout cum diuerſis, quibuscum par tim conuenit, partim non conuenit comparatur ita diuerſa genera, diuerſa que diuerſis fortitor, & quidem ita ut quod ſub una ratione eft genus loci, ſub alia ſit diſcretus, & e contrario, non alia tamē ratione locus physicus, ſeu naturalis dicitur ab Aristot. immobili, niſi vt diſtinguitur a loco artifi- ciali, ſeu vase, ſeu quia no eft mobilis ad mo- dum vasis, quod ita inſtitutum eft, vt hue il- lue tranſferri poſſit: & ſi mouetur ad mo- dum vasis, iam non habet rationem loci na- turalis, ſed vasis.

211 A loco physico definito valde diſer- alius, quem ad maiorem à physico diſtin- gitionem, & quia ad Metaphyſicum per ſe ſpectat de illo agere, appellare poſtumus metaphyſicū, vel nomine magis vſitato, definitiu, de quo ſupra dixiimus, qui licet communiter tributauit ſubſtantij spirituali- libus creatiis, tributam tamen poeteſt, & debet rebus omnibus, ſive spiritualibus, ſive corpora- libus, quatenus cohtinentur in Deo inxta il- lud Act. 17. in ipſo enim viuimus, mouemur, & ſumus: & præterea rebus tum spirituali- libus, quacunq; continentur in alijs, vel ſpiritualibus creatiis, vt minor Angelus in ma- iore, vel corporalibus, vt Angelus in aere: tu corporalibus quatenus continentur in alijs spiritualibus creatiis, & vt lapis in Angelo. Atque hic locus metaphyſicus, ſeu definitiu, ſumus non tam ſumit pro termino, ſive for- malis, ſive virtuali ambiente, & continent, quam pro ſpatio, ſeu interuallu reali poſti- uo ſive formaliter, ſive realiter extenio in quo ita dicitur eſſe, quod definitiu locatur, vt non ſit alijs.

212 Loci physici diſcreti ab Arist 3. Phys. f. 3. & 4. Phys. f. 4. & alijs ſex num- cantur, ſursum de orſum, ante retro, dextrum, ſinistrum ſed duæ tantum prime ſunt diſ- creti loci physici in communī, alia qua- tuor ſunt tantum relēctu animaliū, in quibus ſolis propriæ dantur ante, retro, dextrum, ſinistrum, nec ſursum, & de orſum ſunt diſ- creti eſtentiales loci naturalis, niſi ſumantur materialiter, ſeç pro fundamentis relationum ſursum, & de orſum, hoc eft pro cor- poribus, vel etiam ſuperficiebus, non forma- liter, ſed materialiter ſumptis ſursum, & de orſum.

T
Locis de-
finitiis.

5
Locis diſ-
creti
proprio-
tatis.

sunt continentibus, & quidem species diuersis, & locus naturalis iacet in item materialiter pro huiusmodi fundamento, seu corpore, vel etiam superficie: formaliter enim omnis locus naturalis est eiudem specie in similitudine: Inter proprietates vero loci physici, quae multae sunt, replete ponitur etiam esse aequaliter locato, non tamen quomodocumque, sed secundum superficiem eximam accepto. An autem per abolitam Dei potentiam posse idem corpus esse in pluribus locis, disputatione sibi Theologii in materia de Eucharistia vix depeccat, quibus haud imiti concedimus.

213 Ad maiorem loci intelligentiam adducimus Physico etiam de Vacuo: quamquam non vacuum ipsum ita vacuum est, ut non multa in se ipsum per se scita digna contineat. Multipliciter autem accipiunt vacuum: primo pro loco, qui plenus sit corpore partim sensibili, quomodo dicitur arca vacua, quae non continet nisi aerem; secundo pro loco, qui non continet etiam a, ad qua continenda est ordinatus, etiam si alia continet: qua ratione dicitur Civitas vacua, quando non continet Civis: tertio pro loco privato corpore, seu non continente actu corpus, quod tamen aptus est naturaliter continere, & debet naturaliter continere: quartio pro spatio carente corpore, & quavis alia re creata, quam posset continere, tam eti naturaliter non posset continere: quinto pro spatio in cuiuslibet sit, & quod nihil omnino sit. Vacuum igitur primo, secundo, & quarto modo acceptum darur, quinto vero modo acceptum, nec datur, nec dari per viam potentissimi potest, tertio autem modo acceptum quomodo ab Arist. 5. Phys. tex. 62. definitur ious privatus corpore, & formaliter dicit negationem corporis contenti, connotatiu vel locum: aptum continere huiusmodi corporis, nec defatur natura, nec dari naturaliter potest: immo aut illo tanquam hoste permiscillimo sic abhorret natura, ut aliquando ad admitem illi praeculendum grauia lusum levia deorsum ferantur, durioribus frangantur, & alia sane admirabilia efficiantur.

214 Principium autem actiuum, quo corpora ad vacuum impedientur mouentur, non est Calor, nec intelligentia (primam excipit tanquam causam uniuersalem ad motus omnes concurrentem) nec forma ipsa corporum, qua ad vacuum impediendum mouentur, nec duplex quod ab alijs assignatur, virium in corpore, Quod mouetur ad impedendum vacuum, alterum in corpore ad

quod mouetur, verbi gratia unum in aqua ascende per pubum ad implendum locum relatum habere, qui extrahitur alterum in aere trahente: sed unicum, videlicet illud, quod mouet primum corpus, in cuius locum aliud succedit.

215 Potest tamen per Dei potentiam dare intra mundum vacuum, quod naturaliter dari non posse diximus, sicut de facto datur extra mundum vacuum quarto modo supra dicto acceptum: & in vacuo tum intra mundum si detur, tum extra mundum potest esse motus aliquis alterationis, & generationis etiam substantialis verbi gratia ignis; itemque alterationis late dicta, seu intellectio, & voluntatis, & sensationis alicuius, tum interna, tum externa, non tam omnis naturaliter loquendo. Eodem modo non potest in vacuo sive intra, sive extra mundum esse motus localis naturalis elementorum, nec mixtorum, quatenus mouentur motu elementi praedominantis: potest ramen esse motus localis violentus elementorum, & mixtorum, si ut sit motus localis violentus tractionis, sive vectionis, sive pulsionis, sive vertiginis, modo mobile, si forte ab aliquo parte tigat plenum, etiam si hoc sit ipsum movens, non sit separandum a pleno: quae causa est, ut non possit in vacuo naturaliter esse motus provectionis, nisi per Dei potentiam separatur mobile a proprieitate. Potest tamen in eodem vacuo naturaliter esse motus

progressus animalium, si tota sint

in vacuo, nam si pedibus, e-

xempli gratia, paucimen-

tum tangant, etiam

si toto reliquo

corpo

sint in vacuo, progrederi naturali-

ter non poterunt, quemad-

modum nec partes cor-

poris, ut manus a se

inuicem diuel-

lere,

quas semel coniun-

xerint.

3
Vacui
multi-
p' ex no
rro.

4
Vacui
exten-
sio.

Motus
in va-
cuo.



Tempus, & alie durationes.

Cap. I X.

I
Tempo
rissi-
stantis,
Odis-
tatio.



216 Empus, quod dari dubitandi non est, non est, ut Pythagorici tribuntur, sphaera, celestis, nec ut Platonii motus sphaerae celestis nec vt alijs omnis motus. sed est vt re. Cet ab Aristotele. 4. Phys. i. 10. definitur numerus motus secundum prius, & posteriorius. Cum autem duplex sit numerus, alter, quo numeramus, & dicimus numerus numerans, & abstractus per relationem à rebus, vt binarius, vel ternarius &c. abstractendo ab eo, quod sit binarius, vel ternarius harum, vel illarum rerum: alter, qui numeratur, & dicimus numerus numeratus, & concretus rebus ipsis, à quibus nō differt, vt sunt duo homines, tres lapides &c. tempus non intelligitur ab Arist. esse numerus numerans, sed numeratus. Nec ab eodem intelligitur idem tempus esse numerus numeratus, motus enim secundum, sed celestis, & quemadmodum diurni, quo spatio viginti quattuor horarum celestis corpora circa terram virtutem spatiis secundum prius, & posteriorius, quod cum tripliciter sumi possit, primo pro relatione prioritatis, & posterioritatis inter partes, vel mutata esse motus, secundo pro partibus motus prioribus, & posterioribus, tertio pro mutatis esse eiusdem motus prioribus, & posterioribus, non sumitur ab Arist. primo modo, sed vel secundo, ita vt sensu sit tempus esse numerum numeratum motus celestis, quem dixi secundum partes prioris, & posteriores ei usdem motus. Vel tertio ita vt sensu sit tempus esse numerum numeratum motus celestis, quem dixi secundum id, quod intercipitur inter prius, & posterius mutatum esse eiusdem motus: quamquam haec terciam explicatio re ipsa recedit tandem in primam, quae naturalior est.

217 Dupliciter autem fumi cum possit tempus vel essentialiter, ut tempus, vel accidentaliter, ut mensura est. Arist. in prædicta definitione non definit tempus essentialiter, seu, ut tempus est, sic enim definitur duratio motus successivi, intellige inadæquate

fump ti iuxta supradicta de motu, sed accidentaliter, ut mensura est, non tamen qualcumque. Dividitur enim mensura in passuum, & actuum, & utraque rursus in aptitudinem, & actualem. Mensura passua aptitudinalis est res, quæ apta est cognosci, & distinguiri per designationem in certas partes actuales, quæ actu cognita, & distincta est per designationem in certas partes. Mensura vero actua aptitudinalis est res, quæ apta est mensurare alia, actuales, quæ actu measurant alia. Sicut autem mensura actua actualis supponit actuum aptitudinale, ita actua aptitudinalis aptitudinem proxima supponit passuum actualem, & multo magis passuum aptitudinalem. Aristoteles igitur cum definit tempus, ut mensura est, definit illud, ut mensura passua est non solum aptitudinalis, sed etiam actualis. Quare hæc quævis alia mensura passua actualis materialiter dicit rem realem, quæ est mensura, formaliter vero dicit illud esse cognitionem, & distinctum per designationem in certas partes, quod tamens esse cognitionem, & distinctum, non est ens ratio nisi, sed denominatio realis extrinseca sumpta à cognitione tali. & in hoc sensu recte dixit Arist. 4. Phys. i. 13. n. non posse tempus esse si non sit anima, hoc est intellectus numerans, seu cognoscens, & distinguens illud per designationem in certas partes, cum aliqui tempus essentialem lumen possit, et non sit anima.

218 Rursus cum tempus sumptum, ut mensura est modo explicato, aliud sit vniuersale, seu quod est mensura vniuersalis, & ut videtur vbiique (quæ est ratio) cur huiusmodi tempus dica eurasie vbiique? respectu motuum particularium, aliud particularē, seu quod est mensura particularis respectu aliquius, vel aliquorum motuum particularium, Arist. in prædicta definitione non definit, nisi tempus vniuersale, quod tamen coparatum ad nonum, cuius est duratio etiam ipsum est particularē. cur autem tempus vniuersale diuinum sit in aliis, mensis hebdomadas, dies, fundamentū effin. varijs corporum celestium motibus, cur in horas nulla est ratio; nisi commoditas quoddam partim non. animis longarum, acc. nimis breuiarum.

219 Est in tempore non est idem atque esse.

3

tempus

dimic.

tempo

dimic.

esse tunc, quando est tempus ex Aristot. 4. Phys. t. 116. sed est esse in tempore tanquam in numero, seu mensura. Dicitur autem ab Arist. esse in tempore, vt in mensura, seu mensuram à tempore primo ex t. 120. illud quod continetur, & exceditur à tempore, ita scilicet, vt detur aliqua differentia temporis, in qua illud non sit, & tempus sit secundum hoc ex t. 117. illud quod patitur à tempore invenatur, dum durat, & coexsistit tempori invenatur. vel etiam corruipitur, vel alio modo mutatur. Vniuersaliter autem ceterus aliquid dici potest mensurari à tempore, quare unius eius duratio intrinsecus potest cognosci ex duratione extrinsecis temporis. Ut autem motus tempore, ita etiam tempus motu mensurari potest ex Arist. 4. Phys. t. 112. Neque vero tempus essentia liter sumpturn distinguit à parte rei, sed formaliter, seu virtutis liter tantum à motu: neque omne tempus essentia liter sumpturn est eiusdem speciei, sed pars sunt tempora species diversa, quorū sunt motus successivi specie diuersi. Vtrum autem tempus sit species quantitatis, an ponatur in prædicamento, quando, alio loco dicitur.

220 Sed quoniam dictum est tempus essentia liter durationem motus successivi ut hoc melius intelligatur, explicandum est quid, & quoties sit duratio, & quo modo tempus ab aeternitate, & quo differat. Duratio igitur intrinseca rei, qua durat (nam de huc termo est) nihil aliud est, quam perseverantia in eis, que maximè propriè dicitur de rebus actu existentibus, & quidem plus quam per instans, extenditur tamē etiam ad res præterita, futuras, & possibiles, & qui dem etiam instantaneas, quarum unaquaque tantum dicit potest durare, quandiu habet esse præteritum, vel futurum, vel possibile. Duratio tamen rerum existentium, sine permanenti, sive successivis, non differt à parte rei, sed tantum formaliter, seu virtutis liter ab earumdem existentia.

221 Dividitur autem duratio in permanentem, & successivam. Duratio permanentis est qua toto simul existit, hoc est non habet partes, quarum alia prius, alia posterius adueniantur, & sicut permanentia non distinguuntur à parte rei, sed tamen formaliter, seu virtualiter à rebus, que permanent, ita nec successio secundum positionem quod dicit à rebus, que successunt, successio tamen rei positiua supra entitatem rei que succedit addit negationem, qua cum est vna pars illius rei, nondum est, aut non amplius est alia. Dixi

rei positiuā, quia successio sicut & permanētia reperitur suo modo etiam in negationibus, & priuationibus. Ratio autem, cur aliqua forma successivae acquiratur non est semper contrarium in subiecto existens, sed aliquando etiam natura formæ, que acquiritur. Duratio permanentis subdiuiditur in independentem, & dependentem. duratio permanentis independens est propria rei habentis est independens, id est Dei, & dicitur aeternitas. duratio permanentis dependens duplex est, alia enim est propria rerum circatarum incorruptibilium, seu , ut multi loquuntur, ab intrinseco, seu naturaliter indefessibilius, hoc est talium, ut non possint destrui, & defere naturaliter, sed tantum supernaturaliter per suaditionem concursus diuinis conservantur, & haec est duratio Angeli, animæ nostræ, materie primæ, & Cœli, si sit, ut putatur Aristot. incorruptibile, & dicitur ævum sicut ea, que huiusmodi duratio durat, dicuntur aeterna; alia est propria rerum corruptibilium permanentium, & a quibusdam dicitur ævum imperfectum ab alijs instans permanentis.

222 Duratio successiva subdiuiditur in continuam, & discretam, continua dicitur, que componitur ex partibus successivis copulatis termino communis: & haec est duratio propria motus successivi: & temporis continuo, quod absolute intelligitur nomine temporis. discretæ, que consistunt partibus non copulatis termino communis, sed terminatis termino proprio, & hæc, ut communiter accipiatur est duratio plurimum actuum immaterialium Angeli, aut animæ nostræ sibi inuenienti in eadem potentia succedentium, & à multis dicitur tempus discretum, sicut duratio vniuersusque huiusmodi operationis dicitur instantes temporis discreti. posset tamen haec ratio temporis discreti ad alias etiam durationes sibi succedentes extendi.

223 Ex his fere patet, tum quid, & quo duplex sit duratio, tum quomodo aeternitas ævum, & tempus inter se differant, addendū tamen adhuc est aeternitatem quadrupliciter sumi, primo latissimè pro duratione finita, sed tamen longissima, qualis est duratio ab initio ad finem mundi: secundo late pro duratione finita à parte ante, sed infinita à parte post, qualis est duratio Angeli, & Animæ nostræ. Tertio paulò pressius pro duratione infinita tam à parte ante, quam à parte post, sed tamen dependente, qualis est duratio Angeli v.g. creati ab aeterno: Quartò propriè, & preesse pro duratione infinita tam

4
Tempus
et modo
in ceteris
rationum,

5
Duratio.

6
Etimologia
durationis.

7
durationis.

8
durationis.

9
Aeternitas,
multo
notior.

à parte ante, quā à parte post, & omnino independente, & hęc est, quā est propria Dei, & breuiissimē de finitur duratio independens; à Boetio autem lib. 5. de cōfolatione Philos. prosa 6. interminabilis vita tota simul, & perfecta possesso: In qua definitione communiter, & merito recepta dicitur aternitas tota simul, vt intelligatur non habere successione, dicitur perfecta possesso, vt significetur independētia, & omnimoda indefinitibilitas propria aternitatis prelēsum p̄dicitur interminabilis, vt intelligatur nō habere ultum terminum nec à parte ante, nec à parte post, additur vita, vt intelligatur aternitatem hic definita non esse durationem cuiusunque entis, sed viuentis cuius esse est vita. Licer autem particula (interminabilis) videatur significare negationem omnis termini, non ita tamen intelligenda est, vt aternitas essentiajiter includat huiusmodi negationem, sed vt sit illud positivum, quod ab nobis per huiusmodi negationem explicatur.

224. Hinc patet reūē dei in aternitate nihil esse præterit, nihil futurum, immo nihil quod sit tantum possibile, & non sit atri: aternitatem esse totam simul, & omnia completa: & esse formaliter durationem totius Dei infinitam, & quidem in ratione totiusmā à parte ante, quā à parte post, & totam simul existente independenter, non tamen esse mensuram cūsdem Dei. Sed præter hanc aternitatem propriam Dei, dux ariet à multis Theologis diliguntur aternitates participantes, vna quā idem est, quod annūm de qua supra, altera, quā est duratio operationis permanentis, & dependentis, ex se tamen de potentia ordinaria interminabilis à parte post, cuiusmodi est duratio visionis beatificæ, sed hac duratio non differt ab auro nisi vñ species à genere.



M V N D V S. Cap. X.

225. Xpositis ferē ijs, quę ad corpus naturale in cōmuni pertinent, ad eius species venientē est, sed quædam prius de mundo in vniuersā attingenda. Multiplex aut̄ praesertim apud Platonicos, & Patres distingui solet mīdus, alius enim dicitur Archetypus vel intellec̄tuālis, & à quibusdam vltra mundanus, qui est idea ipsa, quam haber Deus mundi, quem condidit de quo eleganter Boetius lib. 3. de consolatione philosophia metro. xi. Deum alloquens

Tu cuncta superno
Ducis ab exēplo, pulchriū pulcherrimus ipse
Mundi mēte gerens, similiq; ab imagine for
mā, aliis Angelicis, qui ex trib. Angelorū
hierarchijs collatraliū elemētariorū comple
ctes quinque, simplicia corpora, hoc est quatuor elemēta, & cūiū, qđ ab Arist. pluribus locis elementum, Mundi, s. appellatur, alius parvus, qui est ipi homo, p̄xistens a Grati
cūtus, aliis deniq; magnus, qui etia in
absolutē Mundus, & vniuersitas, vel vniuer
sūm dī, & in libello de mundo ad Alexad̄ rū
cap. 1. definitor compages ealō, terraq; co
agmentata, atq; ex ijs naturis, quā inter ea
continentur, & aliter, ordo & digilio vniuer
sorum, quā à Deo, & p̄c Deum afferuantur.

226. De oibus nīis mundi non est Physi
ci agere, aliquā tū de Mundo magnō scū de
terem omnium creatarum vniuersitate ab
re non erit in medium afterre, anteqnā phisi
cū eius partes proponantur. Magnus igitur
mīdus de facio quidē vius est, quidquid De
mocritus, & alii quidā innumerabilium mū
dorum affectores coniuvauerint, sed non ita,
vt nō potuerit effl̄ plūsq; vñ, vt male mīd
Arist. persuasit: per absolutum u Dei potē
triam potuisse, & posse plures dari mōndos
cūdēns est. Et huc Mundus de facto v
num esse ex solo lumine naturali evidenter
demonstrari non possit: si quā tamen esse
plures affereret, temeritatis, etiam fīstendo
in lumine naturali, notam non effugeret.
Vnuus autem est mundus vñante ordinis, seu
aggregatiō ordinata, vt ex exercit⁹, vel Res
publica: quoad corpora vero, quā continet,

est

I
Mundū
diffin.

2
Eunīdū
vñitatis

est etiam unus tum contiguatione, tum admirabili quadam cohaerentia, seu connexione, qua sit, ut nullum corpus ab omni alio se paratum confistere, immo nullum non vnde que cum alijs contiguum ex uno excepto ultimo corpore secundum extimam superficiem confistere naturaliter possit, quae tamen conexio nihil est à parte rei distinctum ab ipsis corporibus ita ab auctore natura conditis, & conservatis, ut omnia simul semper continguntur in contiguatione sine villa vacua interpositione, idque ad ipsius mundi ordinatum, & commodum.

**Zin/dē
perfec.**

227 Idem Mundus dicendum est absolute perfectus: & quidem quoad perfectionem essentiali leni, ita absolute perfectus est, ut magis perfecti nullo modo possit: quoad perfectionem vero accidentalem est quidem absolute perfectus, non tamen ita, ut magis perfecti non possit: atque ita comparative ad seipsum accidentaliter perfectorem possit dici non esse accidentaliter perfectus. Posset etiam Deus creare alios mundos, quo ad omnes substancialias, & omnia accidentia essentialiter diversos ad hoc mundo, & simpliciter illo perfectiores, quorum comparatione hic non est dicendum perfectus.

228 Quamvis autem Aristot. quantum ex eius libris colligi potest, existimauerit Mundum ab aeterno fuisse, & in aeternum duratum esse, probabile tamen est, cum non adeo hebetem fuisse, ut non intellexerit, rationes a se allatas ad probandum hanc mundi aeternitatem, non esse simpliciter demonstrativas, esto sibi perusaferit aliquam ad hominem fallit, & cœcludere. Tamen vero absit, ut villa, vel ab Aristotele, vel ab alio allata sit, aut afferri possit ratio demonstrativa pro modi aeternitate, ut nulla sit que non facile solvi possit, sicut nulla est que cum veritate non repugnat. Nec ab aeterno igitur mundus fuit secundum villam sui partem, sed rotus de nouo a Deo conditus: nec duraturus est in aeternum secundum statum, quem de facto habet, nec duraturus sit secundum aliquas sui partes. Et verò etiam lumine naturali, non solum probabiliter, sed etiam euidenter cognosci potest, Mundum nec ab aeterno huc viisque naturaliter durare potuisse, nec naturaliter dura-re posse in aeternum secundum statum, quem inde de facto habet, non potest tamen lumine naturali euidenter, sed ad summum probabiliter cognosci mundum factum secundum aliquas sui partes non fuisse ab aeterno sicut euidenter cognosci possit secundum aliquas sui partes naturaliter duraturum in aeternum.

229 Per absolutam autem Dei potentiam potuit Mundus esse ab aeterno, quo ad omnes sui partes, non solum permanentes, sive corruptibles, sive incorruptibles, sed etiam successivas quacumque particula (ab aeterno) sumatur, ut significat fuisse ante durationem à parte ante infinitam sumptam præcisè, ut infinitam, verbi gratia, ante infinitas diurnas circulationes. Non potuit tamen esse ab aeterno, quo ad res successivas, ut successivas, sed raro quod ad permanentes, si particula ab aeterno sumatur propriè, & pressè, ut significat non solum fuisse ante durationem à parte ante infinitam, sed etiam non habuisse ante se aliam durationem neque infinitam, neq; infinitam etiam instantaneam, quamvis assūta secundum nostrum intelligendi modū instanti aeternitatis a parte ante, post illud immediate potuerit esse mundus etiam quo ad res successivas, ut successivas quacumque.

C O E L U M.

Cap. XI.

**Zin/dē
aeternis.**

230  Vnde celissima, & longe maxima pars ad Phvscum pertinens colum est, de cuius systemate, incorruptibilitate, vel corruptibili-tate substanciali, soliditate, vel liquiditate quo ad partes, quae non sunt astra, & alijs multis, quae ex his consequuntur, vel cum his ne cessariō coniuxa sunt, & hoc præsterrim tom pore multorum merito excitarunt ingenia: dabit mihi benignus lector hanc veniam, ut meam mihi adhuc siuiam iulfis de causis seruem, premere quedam in te prestat, qui promere præsterrim quib. dies ipsa, quo maiorem assert veritatis commendationem, & minorem falsitatis suspitionem reliquit. Agit de cœlo Arist. in libris, quos ab illo inscripsit, quorum tamen subiectum non est, ut quidam uoluunt celum per se, clementia vero per acciden-tens, hoc est in gratiam cœli, vel quia eorum cognitione ad cœli cognitionem conferat, vel quia sint materia, in quam cœlum agat: cœli vniuersum, seu mundus simpliciter sic dicitur, hoc est aggregatum rerū omnium creaturarū: sed corpus simplex, seu qd id est simpliciter

I
Liber I
de celo
subiecto.

mobi-

mobile, ad vbi, si tamen (mobile) sumatur non formaliter, sed radicaliter, & quidem ut complectitur tum cælum, tum quatuor vulnerata elementa.

231 Est cælum ex Aristotelis sententia abstrahendo à veritate substantia simplex, seu non composta, ex materia, & forma substantiali, & quod hinc necessariò consequitur, ingenerabilis, & incorruptibilis substantialiter, nam corruptibilitatem aliquam accidentalem in cælo ne Aristoteles quidem negavit, aut negare potuit; licet negauerit eam quæ est accidentium habentium contrarium. Non iteo tamen non coherenter loquuntur illi etiam qui cælum aiunt ex materia, & forma substantiali compositum, incorruptibile tamen naturaliter esse. Sive hoc secundum verum, sive fallum fit vel quia illa sit materia diversæ speciei à materia horum inferiorum, & illius unius formæ substantialis, quam habet, capax: vel quia, licet sit crudelis species, cum materia horum inferiorum, tales tamen habet dispositiones debitas formæ, quam habet, ut à nullo agente naturaj corrumphi possit, sive hoc ex ipsa dispositionum stellarum natura proueniat, quia contrario caeant, & habeant semper eauam, qua illibata conserventur, sive ex vi formæ quæ valdior sit in suis dispositionibus conseruandis, quam quolibet agens naturale in ijsdem corrumpendis.

232 Multa sunt cœlestia corpora, quæ specie inter se differunt: nulla tamen est sufficiens ratio id afferendi de omnibus praeter tim astrarum, quæ etiam ante imumentum tubos pī cœlium longe plura quam mille viginti duo ab Astronomo olim numerata, esse deprehēsum erat: post inuentum autem tubos pīciliū tot infuper detecta sunt, ut numerus à nobis initio non possit, nec inter astra hic numero solares maculas, quas eiusdem tubos pīciliū pī dio Christophorus Scheinerus Soc. Iesu mathematicus se reportas, Appellis post tubula latentes nomine, in lucem primus edidit. De ijs enim, & plerisque alijs, quæ, vel eiusdem Scheineri, vel Galilæi, qui nuntio Syderei mortalium oculos, animosque ad suā cœli spectacula primus erexit, vel ante hos Tychonis, vel aliorum noūa pridem nobis patefecit industria ijsdem de causis, quas supra indicaui, constitutum mihi est ijsdem licet dicere.

233 Illud duo nullam esse rationem asserui cœli, aut astra eis animata, differencia autem positionum proprietate, an tanquam per quadam analogiam, seu accommodatio-

nem cælo conueniant, fatis intelligi non potest, nisi intelligatur quid sint. Duplex enim cum sit positio, altera, quæ nihil aliud est, quam ordo locati ad locum, altera, quæ nihil aliud est, quam ordo partium eiusdem corporis inter se sic habeat posteriore hinc sermo est sumpta tamen non pro ipso ordine partium, sed pro partibus ipsius inter se ordinatis, & sic recte numerantur, sex positionum differentia sursum, deorsum, dextrum, sinistrum, ante, retro. Quæ differentia ex Aristotele lib. de inceptu animali cap. 4 & 2. de cœlo tex. 8. desumuntur ex tribus virtutib. quorum primus est vegetativus, a quo sumuntur sursum, & deorsum: sursum dicitur unde vienus sumit ali meatum, quæ pars in animalibus iam in lucem edita est caput, in plantis sunt radices, ac proinde sursum in plantis secundum hanc doctrinam est ubi sunt radices: deorsum autem in parte opposita. Secunda est sensitiva, a quo sumuntur ante, & retro: Ante dicitur, ubi sensus plures sunt, & magis vigent, quæ pars est ubi est facies: retro vero in parte opposita. Tertius est progressivus, a quo sumuntur dextrum, & sinistrum: dextrum dicitur, vnde incipit motus progressivus: sinistrum in parte opposita.

234 Sic sumptæ hæ positionum differentia conuenient propriæ animalibus, & plantis, diuerso tam modo: animalibus enim motum progressivum habentibus conuenient omnes, motum vero progressivum non habentibus non omnes, sed tantum sursum, & deorsum, ante, & retro, non autem dextrum, & sinistrum: plantis denique sursum, & deorsum tantum: in Cœlo aut nullæ propriæ, sed tantum per quadam analogiam, & accommodationem, quam quanta sursum, & deorsum si sumuntur ut solùm importat relationem distantiæ à centro, & extremitatibus mundi, etiam in cœlo propriæ reperiuntur. Non eodem tam omnes modo prædictas positiones differentiationes cœlo accommodant. Aristoteles enim dextrum cœli collocat in oriente, sinistrum in occidente: & quia ante eiusdem celi ponit in parte, ad quam immediate tendit motus ab oriente, consequenter ponit sursum in polo antarcticō, deorsum in polo arcticō. Astronomi uero circa æquatoriem dexteram celi partem appellant occidentalem, sinistram orientalem: contra Geographi item circa æquatoriem dexteram cœli partem vocant orientalem, sinistram occidentalem, & uera tam, quam Aristoteles ratione Poeta deniq. partem cœli septentrionalē dextram, Austra-

**Cœli
substan-
tia in
aere.**

**Cœli.
corpor.
dimis.**

**Cœlium
sue an
mariam
positione
nō dif-
ferent.**

lem vero sinistram dicere consueverunt, & sua cuique est appellationi diversa, sed bona ratio.

caloris
aeris op.
motus
principia

235 Monocantur celestia corpora ab intelligentijs, an ex se incertum est, ex auctoritate tamen, & aliqua etiam non communi de ratione probabilius est moueri ab intelligentijs, non tamen necessario necessitate orta ex ipsarum intelligentiarum natura, ut Aristoteles existimat. Sed siue ab intelligentijs, siue ex se moueantur, per principium plenum huiusmodi motus, vel etiam actuum si ex se moueatur dicendum est respectu huiusmodi motus verè, & propriè, natura, & motus illenaturalis. Sicut autem ne gandum non est quin possit corpus aliquod celeste solidum motu suo velocissimo corpus, aliud elementare sibi immediatum modo non sit summè calidum per attritionem rarefacere, atque calefacere: ita ratione admittendum est motum calestem per huiusmodi attritionem calorem ad hanc usque inferiora propagare: Multo vero minus admittendum est iolem in Eudoxi, & Galilippi, aut etiam in Ptolemai hypothesi posse in immediate per attritionem in corpore villo elementari calorem gignere.

7 Lumen.

236 Lucem celestia corpora, quæ nobis apparent participat omnia, nec dubitari potest, quin sol propria luceat luce, Luna vero aliena, hoc est a sole communicata, loquendo de primaria Luce luce quod idem certum est de Venere, & factis competit videtur: & de Iove, de alijs, vel planetis, quorum numerum quatuor nuper Louialis comites, ut de solaribus interim maculis Sileam, perspicue nobis auxerunt, vel lysis stellaris, coniuncte idem possimus, a firmare non possumus. Sed plura de luce infra, ubi de obiecto uisus. Hinc tantum addiderunt aliqui in astris praesertim errantibus lucis diuerisitate obseruari, nam saturnus pallidus, luniper flauus, Mars rubeus, &c. apparerunt, non specificantur, sed accidentalem eam esse diuerisatem; vt loco citato intelligetur, vbi simul explicabitur, an vilus in celestibus operibus versus, & permanens calor sit. admittendus.

8 Calor.

237 Namvero altera, & Sol præcipue Lumen in hac inferiora propagant, vt per lumen etiam calorem gignant, non solum per radium reflexum, sed etiam per directum, quamvis, ceteris paribus, maiorem gignat calorem per radium reflexum, quam per directum, & en maiorem, quo magis reflexus ad directum accedit, seu minorem cum illo

angulum facit, maximum verò, vbi radius directus in seipsum reflectitur. An autem calor per radium reflexum produktus sit tantum à sole, an etiam ab aliquo alio, intellegitur ex dicens: infra de reflexione. Illud interim hic bionuclum rationem, cur maior apud nos calor sentiatur Sole in Leonem ingresso, & exorta canicula, interdum etiam Sole in Virgine existente, cum nos obliquius spectat, quācum in caucro est, & nos directius aspergit, non esse, vt non nulli fingunt. Astrologi, peculiarem aliquem influxum illorum syderum, seu coniunctionis illorum syderum cum sole, ad quam est, ubi non calor, ut apud nos, sed frigus in his inferioribus, si truimque nō per se, sed per accidentem, intendatur, sed partim, quia ut Arist.

z. Meteor. sum. 2 c. 2 loquitur ampliori tempore calefacit Sol adhuc prope existens: partim, quia Sol ad nos accedens inuenit contraria dispositionem frigoris, & magnam, in montibus præcipue, nivis copiam: recedes autem quia huiusmodi contraria dispositionem iam superauit, & nives etiam in montibus maxima saltu ex parte liquefacit, calorem inducendo vehementius calefacit, quia calorem calorit addit.

238. Per calorem productum per lumen, vt diximus, cocurrunt astri, & Sol præcipue ad pleras generationes, & corruptiones horum inferiorum, probabile tamen est, præter lumen, & calorem, alias etiam aliquas ab astris qualitates in specie innominitas, sed genere influentias appellatas, non medio lumine, sed immediate, ad modum tamen luminis, in hac inferiora propagari, quæ non nisi in subiecto apto peculiarem suam efficiatatem exerant. Sed quamvis calorem in hac inferiora prædictis modis agat, & consequenter recte Aristoteles primo Meteorum sum. 1 c. 2 docuerit ex necessitate mundum huic inferiorem superioribus latioribz, continuum quodammodo, id est contignum, esse: ne gandum tamen est, quod aliqui dixerunt, tantam esse horum inferiorum a celo dependentiam, vt subtrahita cali actione in ipso, omnia illiē à suis actionibus cessatura sint, & si fatidum sit celesti omni sublatio in fluxu continuo: quoque, & viuenteris generationis, corruptionisque vicisitudinem, & ordinem, ac breui temporis spatio viuentia omnia in his inferioribus sublatum iri: Reliqua de celo, quæ in sphera explicari solent, ex sphera petantur.

9' CONCURRE
S' ad res
inferior
res, &
infinita

ELEMEN^TA.

Cap.

XII.

239



Lementum multipliciter fumitur: aliquando latè pro quacumque cauſa, & principio, ſive intrinſico, ſive extrinſico: aliquando preſe pro foliis principij intrinſicis, quam nō rēm Aristotele interdum reſtrīgit ad principia intrinſica rerum naturaliū in fieri, ſeu tranſmutari, interdum etiam ſecundum aliquos ad folias cauſas intrinſicas, interdum denique ad foliam materiam primam: ſed communiter pro quatuor vulgatis elementis igne, aere, aqua, & terra: atque ita etiam ab Aristotele multipliciter definitum eſt. Vna enim definitio habetur 7. Metaphy. in fine in hunc modum: elementum autem eſt in quo ex: ſtens diuiditur, vt materiam, que definitio conuenit tantum elemento ſup̄to pro principio intrinſico per modum materia componentis. Altera definitio habetur 3. de celo tex. 30 his verbis: ſit itaque elementum illud corporum, in quod alia corpora diuiduntur, qđ in eo poteſt, aut actu ſi hoc. n. vitro modo, adhuc ambiguum eſt: iſipsum autem eſt diuidibile in diuersa ſpecie, que de finito conuenit tantum elemento ſump̄to co muniter pro quatuor vulgatis elementis. Ter tia denique definitio habetur 5. metaphy. ſi. tex. 4. huius velis elementum dicitur ex quo comprehenditur primo in exiſtente indiuiſibili ſpecie in aliam ſpeciem, que definitio ſe cundum ſe conuenit: tantum elementum ſum pto pro principio intrinſico componente pri mo, ſi tamē particula illa p̄prio inexistente ita accipiat, vt elementum fit id, ex quo primo non ſimpleriter, ſed in genere corporum, ſive actu, ſive potentiā tantum in exiſtente indiuiſibili ſpecie in aliam ſpeciem componitur: aliquid, de finito conuenit etiā vulgatis elementis, de quibus hic agendum eſt.

¹
Element
iſ defin.

²
Elemen
torum
formæ,
& ſim.

Sunt autem haec elemēta quatuor, ignis, aer, aqua, terra. Quod dicendum effet etiam si nullus ſupra totum aerem ignis poneretur: Sed vt admittendum non eſt dari ſupra totū aerem, ignem ſimilem igni proſtro quo ad eſtentiam. An autem huiusmodi ignis à parte ſuperiori terminetur concavo orbi Lunaris, nec ne, deſcidi non potest qui attingantur queſtiōes de celi ſystemate, ſoliditate, & in corruptibilitate, quas capite ſuperiori attingendas non duximus.

241. Inter elementa prop̄ terram nullum eſt omnino purum, ſeu nihil eminere a naturali ſuorum qualitatib⁹ ſtati immutatum immo in aere, & aqua, probabile eſt nullam dari partem omnino puram, ſaltem ad longum tempuſ in igne autem ſupra aerem, & terram multas dari partes omnino puras. Qua de magnitudine, & figura elementorum diſci pofent, partim ab iſidem quas dixi que ſitionibus pendent, partim ad mathematicos pertinet. Illud omnitemendum non eſt, nec Aristoteles, nec veritati congruum eſt, quod quidam dixerint, ut numquodque elementum in ſerius à ſuperiori excedi quo ad magnitudinem in decupla proportionē: nec illud, elementum eſt ea ſu natura non poſſulare certum, & de terminatam figuram, led poſſe per accideſe multis modis figurari.

242. Qua uis autem non repugnet ſolomou, & lumine celi generari nouas partes ignis, repugnat tamen partes alteriorum trium elementorum, que de novo generantur, & multo magis integrum elementum generari a celo tantum per motum, & immobilitatem, vel etiam lumen. Quare cauſa effectiva quatuor elementorum non potest ullo modo esse celiū, ſed eſt Deus qui ea ſimil cum celo in mundi primordio condidit. Partes autem elementorum, que de novo generantur, partim a celo, partim ab ipſis elementis, aut uitriis actiuaſ elementorum par ticipabitibus generantur.

243. Ut quatuor ſunt elementa, ita que tuor ſunt eorum qualitates, que primaz dicuntur, calor, frigus, humiditas, ſiccitas, itaque, non ſolus calor, & humiditas, led etiam frigus, & ſiccitas, ſine quid poſtitum; nec ſolus calor, & frigus, ſed etiam humiditas, & ſiccitas, ſunt qualitates aliuz, qua uis illa magis ha minus. Reſcul nihilominus illas actiuaſ has paſſiuas appellat Aristoteles, docetque illis conſtitui elementa in eis non ſub ſtantiali, ſed tranſmutabili accidentaliter,

autem
actiuaſ
accidentia
ſtantiali

3
Eroris de
partibus

4
Eroris de
figuris

3
Prima
qualitas

feu

240. Formæ eſſentiales, & constitutiue elementorum non ſunt ipsorum qualitates, actiuz, aut moriuz, ſed formæ ſubſtantiales diſtinctæ ab omoibus ipſorum qualitatibus.

seu alterabili. Recl. Et idē Arist. 2. de Gener. t. 5. casēe quatuor qualitates in concreto per secundarios, & t̄ qui uoces earū effectus, etiā alijs verbis, definit ut calidū sit, qd cōgregat homogenea, frigidū qd congregat similiter, & homogenea, & heterogenea, intelligendo tā per homogenea, & heterogenea nō solū ea quae sunt eiūlē, & ea, qd sunt diuersa natura specifica, sed et ea, qd sunt eiūlē, & ea, qd sunt diuersa gravitatis, vel levitatis, concordia, vel inconcordia, liuabilitatis, vel illiuuabilitatis, &c. humidus, qd est difficile terminabile termino proprio, facile aut terminabile termino alieno: siccus, qd est facile terminabile termino proprio, difficile autem terminabile termino alieno.

244 Si aut̄ ha quatuor elementis conuenient, vt ignis sit calidus, & siccus, aer calidus & humidus, aqua frigida, & humida, terra frigida, & siccata; atq; ignis qd natura sua postū sit utraq; primā qualitatē intensa in summo, et utraq; remissa, aqua frigiditatem qd remissa, humiditatem autē intensam in summo, terra deniq; utraq; intensa in summo. Si qd tā ex duab; qualitatib; primis vniueq; elemēto conuenientib; vna tā assignare, velit uniueq; ex hac suppositione maxime propriā, recte ē Arist. 2. de Gen. t. 23. dicit terā esse siccū magis, qd frigidū, aquā frigida magis, qua humidū, aerū humidū magis, qd calidū, igneū calidū magis, qd siccū. Qualitates remissa in elementis, & alijs quibuscū, nō hēant contrariū, non sunt remissa nisi ex additione contraria: nec qualitates simbolæ in ihsd elemētis sunt diuersæ, sed eiūlē speciei, dñi autem qualitates simbolæ illæ, in quib; duo elemēta inter se conuenient, vt sunt frigiditas aq; & frigiditas terra, &c. siccus diffy mōboli dñr illo, in quib; duo elemēta nō conuenient, vt sunt humiditas aq; & siccitas ignis, &c. a qb; qualitatib; et elemēta ipsa appellantur sy mōbola & diffy mōbola, sy nōbola, qd sybolas, diffy mōbola, qua diffy mōbola quas qualitates habet.

6
Blemen
ser. mo-
dua trā-
mōtis.

7
Qualit.
motina.

245 Pot̄ aut̄ qd liber elemētum secundū alij sui partē in qd liber immediate trāsumari: recte tā docet Arist. 2. de Gen. t. 25. & 26. velociorē, & faciliorē esse transmutationē elemēti sy mōboli in sy mōboli, qd diffy mōboli in diffy mōboli, nec minus recte tex. 27. addit ex duob; elementis diffy mōbolis immediate in ter se agentibus posse generari tertium ab vtroque diffinētū, & utriusq; symbolum.

246 Qualitates motius cordis elementorum, & aliorū quorū bējquib; obueniunt, hoc est gravitatis, & levitatis tā simpliciter, qd secundū qd, quo dñi non est ambigendū, recte defi-

nit A tā. item in cōcreto. Ac primū graue, & leue abstrahendo a simpliciter, & scd m qd, definit in ordine ad motū, cuius sunt principia, t. de celo. 15. ubi ait, graue esse, qd aptū natū est ferri ad mediū. i. verlus centrū leue aut̄, qd a medio graue aut̄, & leue simpliciter definit in ordine ad quietē, seu fine motū. 4. de celo. 16. ubi ait graue simpliciter esse, qd oīb; substat: leue simpliciter qd oīb; supereminet. In qua tā definitione particula tā p̄minē restringēda est ad ea, qd mouent motu recto, spectata postea per motu adepta sunt locū sūlū naturalē. Graue deniq; & leue secundū quid definitur ab Arist. 4. de celo t. 27. esse, quā aliquid substanti, & aliquid su pereminet. In qua definitione particula (substanti, & supereminē) restringendā sunt co dē mō, quo in superiori definitione diximus restringendā esse particula (supereminē). Alter ē definiti pōt̄ graue scd m quid, quod aptū est ferri ad mediū scd m quid: leue scd m quid, quod a medio secundū quid. Atq; ex his quatuor graue quidē simpliciter terrę leue, simpliciter igni graue scd m qd, aquā, leue scd m qd aerū, cōuenit graue tā simpliciter sūpt̄ formaliter à graui scd m qd, sūpt̄ formaliter non differt sp̄, sed tān scd m magis, & minus. Neq; qualitates motius solā formam substantialem, neque solas eālā ita res actinas, neque solam densitatem, & ratiatem, sed hāc omnia simul sequuntur.

247 Grauia, & leuita, cum ad sua loca naturaliter seruitur non mouentur à colo, aut à loco naturali, vt ferrum à magnete, aut à medio, per quod transeunt, per se loquendos, sed à propria forma substantiali, ut ab agere principiā, à qualitate verō motina, ut ab eius instrumento: removētā dici p̄mō moveri à generante, & remouente autem prohibens nō nisi per accidens. Motus corundēm grauū, & leuitū naturalis velocior est in hue, quā in medio, & in hoc quam in initio uniformiter disformiter, cuius rei causa refereuda est in medium magis, ac magis semper à mobilis incitatum: in eam partem, in qua mōbile fertur, ac proinde minūs, ac minūs semper impediens, & retardans impetus mōbilis: quod, ut per medium minūs incitatum in eam partem in qua mōbile fertur, tardiorē, ita per medium magis incitatum in eandem partem velociorem per suam grauitatē, aut leuitatē mōficit motum: nec tamē negandū est aliquid etiam ad eandem uelocitatem conferre tā rarefactionē mediā, verbi gratia ueris autē cōdēris mōbile, tuū impetu tubefactis. Cōtra verō motus uolentus uelocior

8
Grauia
& leuita
motius.

eft, non quidem in ipſo ſtatiū initio, ſed prope initium, quia in ipſo ſtatiū initio medium magis reſtituit virtuti mobili impreſz, paulo poſt magis cedit, ſed in progreſſu virtus illa minuitur, & tandem deficit.

Motus denique progreſſiuſ animalium veſtigiorum eft potius circa medium, qui inſtrumenta motus progreſſui circa medium magis diſpoſita ſunt, quam aut in principio, ſpirituibus non dum fatis exiſtatis, aut in fine, iam refolutis.

248 Nullam tamen elementum in proprio loco grauitat, aut leuitat. Nec cauſa immediata, & proxima motus projectorum eft ſolum medium, nec virtus imprefſa per modum actus primi, ſeu potentia productiua motus, ſed eft primò ipſum projectiens quatenus imprimet projecto motum, qui proinde non male dici potest virtus imprefſa: deinde vero motus ipſe projecto imprefſus, quatenus concurrit ad producendū ſuccelluſe motus ſequentem, conſerente tamen aliquid etiam medio.

Atque vt inter motum directum, & reflexum, quorum verque fit naturalis, per ſe loquendo, intercedit quies; ita inter motum directum, & reflexum, quorum verque fit mere violenceus, non intercedit quies, ſaltem totius mobilis: nec item inter motum directum naturale, vel etiam partim naturale, partim violentum, cuiusmodi eſſet motus pilas deorum violenter projectar, & reflexum. inter motum autem directum violentum, & reflexum naturale, intercedit quies. inter motum denique directum violentum, & reflexum partim naturalem, partim violentum non intercedit quies.

nec negatio, aut priuatio formaliter, sed positivum fundamentum negationis, vel privationis, quo paclum dicitur, aut non admittere, aut non æquæ, & difficultius admittere actionem agentis, seu quod idem est, postivum fundamentum formalis incompossibilitatis cum actione agentis, quod postivum fundamentum dicitur potentia restitutiva, seu resistentia in actu primo, si fumatur, ut abstractus ab actuali applicatione, vel etiam conatus agentis: dicitur vero resistentia in actu secundo, seu actualis resistentia ut connatur, seu dicit in obliquis aequali applicatione, vel etiam conatus agentis, quamvis veraque predicta resistentia, imprioprie sciaret, & proprie dicta, vni ex parte, eademque subiecto conteneret. Non quælibet tamen restantum est actio-ua, quantum restitutiva: nec è contrario, atque inter primas qualitates in actione primus locus est calor, secundus frigori-s, tertius humiditas, quartus siccitas: in resistentia autem è contrario prius locus est siccitas, secundus humidi-tas, tertius frigoris, quartus calor, quod à sapientissimo naturæ ant horæ idcirco: afflatum est, quia si qualitas quæ est maximè activa, est etiam maxime resili-tina, facile destrueret qualitatem contra-riam, atque ita facile tolleretur qualita-tes minus actiue, ex quo sequeretur colli-etiam multa, immo, & clementia minus ac-tiuæ.

290 Ut vero intelligatur an, & quomodo inter agentia contraria detur reac-tio, & repassus explicandum prius est quid ver- traque sit. Reactio igitur est illa actio, qua agens aliquod, dum ab alio patitur, in illud vicissim agit. Repassus vero illi pa-tio, qua agens aliquod, dum in aliud agit, ab illo vicissim reparatur. Sed quoniam du-ples, quo ad rem nostram spectat, est actio, vna cum victoria, seu ut alij loquuntur sim-pliciter dicta, hoc est, quia agens ita agit in suum contrarium, ut licet ab illo aliquid patiatur, illud tandem superet: altera sine victoria, seu ut alij loquuntur, secundum quid sic dicta, hoc est, qua agens ita agit in suum contrarium, ut tamen magis ab illo patiatur, quam in illud agat, & tandem ab illo superetur: sicut agere simpliciter dici-tur illud agens, quod alterum agendo super-erat, pati vero illud, quod ab altero super-a-tur: ita reagere simpliciter dicitur illud, quod secundum quid superat, sed ab altero

simpliciter superatur, repati vero illud, quod ab altero secundum quid, superatur, sed alterum simpliciter superat: eademque ratione principale agens dicitur illud, quod alterum simpliciter superat, minus vero principale, quod ab altero simpliciter superatur: contra vero principale pas-sum dicitur illud, quod simpliciter superatur, minus vero principale illud, quod sim-pliciter superatur: pars repassa dicitur il-la, quæ in principali agente immutatur à principali passo, non repassa, quæ non im-mutatur. Datu itaque inter agentia con-traria reac-tio non solum, quæ à quibusdam dicitur priuativa, & definitur esse, quando-vnum contrarium, dum agit in aliud, nihil ab illo patitur, sed solum illi reficit: Sed etiam quæ ab ipsis dicitur positiua, & est, quam supra definiuimus, & datur secundum eandem contrarietatem huc est eadem co-triariorum combinationem, & quidem

per se primæ, non autem tantum
consecutivæ, & secundum ean-
dem partem, eademque
tempore, modo a-
gentia sint in-
viciem in

tra

sphæram actiuitatis, & in mate-
ria conuenient, neque tamen
sequitur idem moveri
motibus contrarijs
simpliciter, li-
cer sequa-
tur

idem moveri motibus con-
trarijs secundum quid,
hoc est medijs inter
contrarios sim-
pli-citer,
quod
necessariò admittendum est:
Idemque proportionaliter di-
cendum est consequen-
ter de repassione.



Mista imperfecta, seu impressio-
nus Meteorolo-
giae.

Cap. XV.

¹
Meteo-
relogie.
libri et
sue.

²
Erudd
inscrip.

³
Impres-
meteoro-
log. ma-
teria et
qua.



Vatuor librorum quos Aristotel. meteorologicos inscriptis, subiectum de quo, seu attributionis adaequatum non est solum mistum imperfectum, sed corpus mistum complectens, & mistum imperfectum non solum in genere, sed etiam in specie atoma, de quo Aristotel. agit, tribus prioribus libris, & mistum perfectum inanimatum ferre in genere, de quo incipit agere cap. vitiimo Libri tertii, & fuisse deinde agit toto libro quarto, quia ex eadem duplicit materia, altera va porosa, fumosa altera, ut eas Aristot. ipse uocat, generatrix, ex qua mistum imperfectum. Quare praedictorum librorum inscriptione non sumitur a substantia eorumdem adaequata, sed ab inadaequata, hoc est ab ijs mistis imperfectis quae prius, hoc est eleuata, suspensta, sublimia dicuntur, quia in sublimi aere generantur, quod tamen nomen extenditur ad alia etiam, praecepit elementa, quae ob insignem aliquam affectionem, sive intrinsecam, sive etiam in extrinsecam, secundum quam nouum quendam statum, noua mque appellationem, verbi gratia, nūis grandinis, pluviae fontis, &c fortius, vocantur mista imperfecta, vel quia non substantialiter, sed accidentaliter tantum ab elementis diffirent, ut iusta, vel quia, ut facile ex elementis sunt, ita facile in elemeta resoluuntur, a Latinis, vero Philosophis dicuntur etiam impressiones, vel quia virtute elefientrum Regienibus pleraque imprimum, vel quia cum violeta quadam ferre producuntur.

292 Harum impressionum materia ex qua remota ex 1. Meteor. sum. 1. cap. 1. sunt elementa. proxima ex eodem libro sum. 2. cap. 1. sunt vapor, & exhalatio, quae ex elementis eleuantur, quae ita intelliguntur, sunt, ut materia ex qua remota, ut plurimum

sint aqua, & terra, interdum tamen etiam aer, & ignis, immo, & mista quedam perfecta: materia vero ex qua proxima sunt, ut plurimum vapor, & exhalatio, quae ex aqua & terra eleuantur: interdum etiam aqua secundum insignem aliquam affectionem extrinsecam, interdum aer, & ignis intrinsecus, aut extrinsecus alter affecta, que natura sua postulent: interdum denique etiam vapor, & exhalatio, quae ex mistis quibusdam perfectis eleuantur. Vapor prese sumptus est fumus, seu halitus calidus, & humidus ex prae dominio: exhalatio item prese sumpta est fumus, seu halitus calidus, & fuscus ex prae dominio. Quare haec duo prese sumpta inter se differunt, tum in materia ex qua sunt; vapor, n. ex aqua, exhalatio ex terra potissimum ascendit; tum in qualitatibus actiuis, vapor enim ex prae dominio, humidus exhalatio sicca est, & haec ut ascendet maiori, ceteris partibus, indiger calore, quam illa: tum in qualitatibus mortuis, vapor enim in, ceteris partibus, tardius exhalatio citius, & altius ascendet. Dixi prese sumpta, quia latet tam vapor quam exhalatio sumitur, ut quid commune vapor prese dicto, & exhalatio prese dicta. Sursum vapor, & exhalatio a propria levitate orga a calore, & raritate seruntur, & quidem ferre coniunctim, quo sensu intelligendus est Aristoteles lib. 2. summ. 2. cap. 1. ubi de vapore, & exhalatione loquens, est autem, inquit, neque humidus sine fice, neque fuscum sine humido, sed omnia haec dicuntur secundum excessum. Atque ut celarius, & vapor, & exhalatio ascendunt in principio, quā in progresso, ita altius, ceteris partibus, exhalatio se effert, quām vapor, quia tum ob ficiatem, tum ob maiorem partium cohaerentiam calorem diutius retinet, & difficilius in aere mutatur, quām vapor. Nec vapor tamen, nec exhalatio ab elementis, aut mistis, a quibus eleuantur, essentialiter, seu substantialiter, sed tantum accidentaliter differt.

293 Materia in qua, ut quidam uocant, seu loca rerum meteorologicarum generatione definita sunt aer, aqua, & terra. Dividitur autem aer in tres regiones, quarum prima, seu infima, est quae à superficie terre, & aquae ad illam vique aeris partem extenditur, in qua radiorum solarium reflexio non quacunque, sed quae apta sit gignere intensiore in calorem definita Secunda, seu media est, quae inter primam, & tertiam, de qua max intercipitur. Tertia, seu suprema est, quae à superiori parte terminatur igne, de quo

⁴
Erudd
logia.

q̄o diximus, ubi de elementis, vel si quis ignem ibi non agnoscat, æthere, ab inferiori parte, dicitur à quibusdam ad altissimum montium iuga pertinere, quibus consequenter inferior ab ipsis existimatur media regio. Sed hoc incertum est, ut patebit ex di-

cendis infra de nubibus.
Differunt haec aeris regiones non solum in loco, & altitudine, sed etiam in magnitudine, in figura incrassata, vel tenuitate, in motu, vel quiete, & in qualitatibus actius, quas differentias singillatim hic explicare non oportet, præsertim cum nonnulla ex ipsis inveniuntur, quæ in præfentia explicanda non debentur. Hoc reticendum non videtur, media aeris regionem non esse frigidam simpliciter, sed tantum comparatiue ad supremam, & infiniam regionem.

5
Exaudiens
formæ
affiliens
finis, &
para.

294 Forma rerum meteorologicarum, vt tales sunt, non est nisi accidentalis. Efficientia principale ad elevandos vapores, & exhalationes, quæ à quibusdam dicuntur res meteorologicae primæ compositiones, sunt pierisque alia, & maxime Sol per lumen, & calorem, alicubi etiam ignis subterranei per calorem, ad alias vero res meteorologicas, quæ secundæ compositionis dicuntur, cuiusmodi sunt nubes, pluviae, &c. efficiendas non semper idem concurrent efficiens, sed interdù calor ab astris, & maxime sole per lumen proditum, interdum etiam calor natius aëris, interdum, & frequenter frigus, interdum motus, & agitatio, interdum aliud quidpiam, vt ex dicendi intelligatur, ex quibus etiam perpicuum fieri prædictam divisionem rerum meteorologicarum in res primæ, & secundæ compositionis non esse omnino adæquatum. Finis naturalis earumdem est bonum horum inferiorum, præsertim viventium. Tempora denique ad eorum plerasque aptiora sunt, vt plurimum ver, & autumnus.

6
Impres-
ignes.

295 Dimiduntur impressiones meteorologicas in igneas, aqueas, & terreas ex prædicto minio, de quibus singillatim aliquid dicendum est. Ignea impressio dicitur exhalatio accensa. Ad licet omnes exhalationes accensa substantialiter sint eiusdem speciei, accidentaliter ramentum, hoc est magnitudine, figura, colore, motu, loco, duratione, tam variae, tamque multæ sunt, vt certo a nobis numero comprehendendi non possint. Præcipue hic ponentur, inter quas primi occurrent ignes subterranei, quibus aptissimum fane pabulum est sulphur, & bitumen. Aptius nihilominus est concipiendi igni sulphur, qđ

calore, & succitate prestat, diutius vero ab eo bitumen, de quo hic loquimur (nam plures sunt species) quod cum succus admodum pinguis, & calidus fit humoris oleacei, cuius species est, q̄ a Babylonis dicitur naphtha, ob suam pinguedinem vberiore igni somitem subministrat. Eiusdem naturæ est, ut etiam in aqua ardeat, quia unctuositas, & cohaerentia partium resistit aquæ, ne ingreditur in fomentum ignis, ut ingreditur in liqua per eius poros, & conceptum in ipso ignem extingueret: immo, & magis accendatur, quia partes ignis, refugientes contrarium, magis vniuntur, atque ita fortius agit multaque aquæ partes superant atque in se concurrunt. Accenduntur prædicti ignes non radiis solariis, sed exhalationes, quæ in terra caueri, vel ob antiperistastim frigoris, vel per motum, allisionemque accenduntur. Tandiu vero quibusdam locis conseruantur tum quia bitumen ob suam pinguedinem ignem diutius conseruat apicum est ex dictis, tum quia, & bitumen, & sulphur facile, & quatuor circiter annorum spatio generantur, & ab igne, vt oleum, à Luce, flamma, etiam ex longinquæ traluntur.

296 In aere autem, & in infima præcipue illius regione sape cernuntur ignis fatus, ignis labens, Castor, & Pollux, Helena, draco volans, & syrus volans. Iguis fatuus nihil aliud est quam exhalatio, vel per antiperistastim frigoris nocturni, vel per collitionem partium ipsius inter se accensa, quæ huc illuc motu fertur: incerto, unde fatuus dicitur, & quia ob levitatem, quia motum in pulsi aëris facilime sequitur, inlequentes fugere, fugientes uero ad implendum vacuum insequuntur antecedentes, & consequens è quibusdam appellatur. Ignis Lambens, est rara, & subtilis exhalatio iisdem de causis, quib. superior accensa, que per aërem sparata, hominum capillis, exterorumque animalium pilis interdum adhærescens, eos Lambit innoxia ob suam tenacitatem. Castor, & Pollux, & Helena nihil aliud sunt quam flammæ in visco, & pingui materia altero ex supradictis modis genitæ, quæ Numinum antennis interdum adhærentes dicuntur esse signa futura serenitatis, si binz, Castor, & Pollux ab Ethnici dicitur, apparent, tempestatis si vnicula, Helena ab iisdem vocata, conspicuntur. Sed hæc ethnici, ut alia permulta superstitione, licet naturalem a liqua huius diversitatis causam reddere quidam conentur ex materia magis dispersa minus que

7
Ignis
subter.

3
Ignes
flame.

9
Ignis
Lambens

10
Castor
Pollux
Helena

11
Draco
volans.

12
Sydus
volans.

que ventis excitandis idonea, cum binæ, magis verò cohærente, & ventis apta, cum unicæ appetit flamma. Draco volans, est exhalatio accensa, ut superiores, sed figuram draco nis, referens, & per aerem mota, vt volare ui deatur.

297 Sydus volans, seu cadens ex Arist. libro 1. summ. s. cap. 1. duobus modis generatur, Vno quâdo exhalatio non fertur ab uno loco in alium, sed ita in lîgum disposita est, vt una eius pars per motum, vel antiperiflasim accensa, igne alijs propinquâ, & hac a lij ad vltimam vsque celerrimè communiceat, non secus, ac quando sunt due lucernæ, vel candele, quarum superior accensa flamam inferiori recent extiâ, & media exhalatione ab ipsa ascendent adeo celeriter comunicat, vt descendere flamma à superiori lucerna, vel candela in inferiore videatur: quod est exemplum Arist. loc. cit. Altera quâdo exhalatio ipsa ab uno in alij locum fertur, quia per antiperiflasim acris, aut vaporis frigidi compresa, & accensa repente proficit, non secus, ac quando nuclei digitorum compressione proiecuntur, quod item est Aristotel. exemplum

Tunc autem sydera voluntia sursum feruntur, quando fiunt, vel secundo modo, sed ita, ut exhalatio accensa sursum naturaliter tendens aeris, aut vaporis obſistentis, & iterum sursum impeditiam violentiam uincat, vel etiam primo modo, sed ita, ut exhalatio in directum disposita accendi incipiat à parte inferiori; tunc deorsum quando fiunt, vel secundo modo, fed ita, ut aer, aut vapor obſistentis exhalationis accensa vim à parte superiori omnino superet, & deorsum ire compellat, uel etiam primo modo, sed ita, ut exhalatio in directum disposita accendi incipiatur à parte superiori: tunc deniq; ad latus, quando fiunt, vel secundo modo, sed ita, ut uis naturalis, qua exhalatio accensa sursum nititur, & violentia aeris, seu vaporis obſistentis pari quasi marte decenter, aut certe exhalatio aquæ apta fit ferræ, & sursum propter levitatem ignis, & deorsum ob grauitatem partium cœdeniarum: tunc enim nec sursum, nec deorsum, sed ad latus feruntur, quanvis qua primo modo fiunt, nunquam, aut sursum, aut deorsum, aut ad latus uere ferantur, sed ferri videantur.

Velocius eadem sydera voluntia moueri vi dentur quam vera sydera ob propinquitatem: ignis autem continuus in longum portatus idcirco videntur, quia in propinquio velocissimè, vel mouetur, si fiunt primo mo-

do, vel accenduntur, si fiunt secundo modo. Fiunt, ut plurimum in infinita, uel media regione, & quidem vere, & autumno, ac nocte, vt plurimum, & sereno Cœlo, tunc admodum crebra volare, aut cedere videatur, multam exhalationum materiam gignendis ostendit idoneam, atque adeo futuros uentos indicant. De stellis que casuræ in Evangelio dicuntur, sacri consuluntur Interpres.

298 In media aeris regione fiunt tonitru, fulgor, & fulmen. Tonitru missis antiquoribus fabulis ex Aristot. lib. 2. summ. 4. c. 1 & 2. est violenta egressio accensa exhalationis è nube, vel si formaliter loquendum sit, ionis ex huiusmodi egressione editus. Includitur autem nubē exhalatio, dum à uapo, quicunque eleuator, iuxta supra dicta, id aubeni se cogente intercipitur: accenduntur verò, uel per antiperiflasim frigoris ipsius nubis, vel per motum, & allisionem suarum partium inter se, & ad latera interiora nubis. Sed vt nubem præfertim densiore, quia hiūs densa, & consequenter ad obſtendendū debilior est, siue ea sit pars superior, siue inferior, siue lateralis, disrupunt, & tonitru efficiat, sat magna exhalatio sit oportet, neque tamen ad tonitru concurreat solum nubes, sed etiam aeris intercepti fractio. Vere, & autumno potissimum tonitrua abundant, quia h̄i postissimum temporibus simul abundat vapor, & exhalatio, cum alijs temporibus, uel deit sufficiens uapor propter nimia calorem, uel sufficiens exhalatio propter nimium frigus.

299 Fulgor, seu corruscatio ex Arist. loc. supra citato est emicatio exhalationis accensis, siue exhalatio è nube egrediatur, siue circa nubem accendatur, nec semper cum sit tonitru, siue etiam fulgor, nec contrario: Cum tamen ita simili fiunt, vt unum habeat connexionem cum alio (interdum enim nubes habent) ut iper à parte rei pcedit tonitru, prius tamen à nobis percipitur fulgor: cuius tres distinguuntur species, non quidem essentiales, sed accidentales prima retinet etiam uenomen corruptionis, seu fulguris, siue etiam fulgetris, seu fulgetra, quae quia est in materia ratiōnē non descendit ad terram. Secunda dicitur Prester, & haec quia est in materia dehori descendit ad terram, & non in media aeris regione, ut prima species, sed in infinita accenditur, ut infra ubi deuentis. Tertia est fulmen de quo paulo post. Celorum varietas in fulgere ex materia, quia constat, è nubis, cui opponitur varietas

14
Fulgura

te ori-

te oritur, vt ex dicendis iofra de coloribus apparentibus intelligi poterit.

300 Fulmen ex Aristotel. lib. 3. summ. 1. est exhalatio ignita magna vi ē nube prorsus : cum fulmine tamen interdū generari, & simul ē nube vibrari lapidem oblongum acumen instar cunei defensum fursum, & ferro, aut calybi similem credibile est. Materia huiusmodi lapis est crassa, & viscosa exhalatio excitata ignis calore concocta, & indurata, vel in ipso fulminis egrediā ē nube, vel etiam intra nubem, antē ab ea fulmen egreditur. Figura eiusdem, vel in materiam sic ab exhalatione accensa dispositam, vel potius in imperium, quo, dum ē nube excutitur, attritus aliquot partibus acuminatur, referenda est : Color denique furus eiusdem ex magna fumida materia, qua constat, concoctione, ortum ducit s. vide etiam fit, ut nec accendi, nec liquari huiusmodi lapis posse. Vitulum autem cum fulmine aliquando descendisse, quod quidam prodiderunt, vero simile non est, nisi forte, vel turbis: vi ex monte quopiam, vel potius de mons arte ad fallaciam aliquam delatus eo sit.

Duos fulminis modos distinguit Aristotle. loco citato, alterum valde subtilem, quem a Poetis *ēp̄ia*, idest candidum, seu clarum appellari ait; alterum crassiorum, quem ab *ītēdēm* *ēp̄ia*, idest ardētem, fuliginosum, fumofum vocari dicit. ac prius quidem modi, seu species, accidē talis tamē, fulmina docet propter suam tenuitatem velocius ferri, citius penetrare, nec vrate, aut moram faciendo denigrare posterius autem propter suam crassitatem tardius ferri, & denigrare, non tamē vrate, sed præuenientem pertransire. quod ita intelligendum est, vt denigret, non tamē vrat, quando incidit in corpora; quia, quia rara fume, non reluctance, sed facilem præbent transiitum.

Alli plures distinguunt species, sed omnes accidentales, ex diversitate exhalationis tenuioris, crassioris, magis minusvē conglobata, lapidem fecum deferentes, aut non deferentes, & corporis, in quod impiugnit, magis, minusvē resistentis, &c.

Tanto impetu fulmen excutitur ipsius vi exhalationis accentia, quae constat, quae rafata, & maiorem postulans locum ē nube, non secus, ac puluis tormentarius igne conceptio ē tormento bellico erumpit: oblique cadit, cū ab inferiori eadū nubis parte

quia exhalatio accesa, qua naturaliter sursum nititur, a frigore ait nubis, & impetu, quo ab illa erupit, deorsum premuratur; ita nec fursum, nec deorsū recta, sed in transuersa, & oblique agitur, mox hēc irregulare, & variū, pro varietate tū motu aeris ab ipso impulsu, & attracti, cū corporū obstantiū: varios itē, & admirabiles effectus, quos hic prætereo: sed omnium causa ex dictis sunt colligendæ.

301 In supremā aeris regione reponuntur cōiter quedā impressiones ignes, quas nihil reputant in media, imo, & infinita interdū regione feri, licet minus frequenter, q̄ in supremā. Variis aut nominib⁹ appellantur, nē pe flama, Fax, lancea ardens, sagitta, trahit, capra saltans, ignis perpendicularis, & si p̄r̄s sint flamae, faces, &c. put ex varia exhalationis figura, motu, magnitudine, distinctione, dispositione quoad crassitatem, & tenacitatem, &c. varias induunt predictarū rēti formas. Inter has multi haec tēnus cū Ar. numerarunt cometas, & viā lactea: sed de cometis ob connexionē, q̄ cū alijs ad cēstū spectā tib⁹ & supra scilicet involutis hit, fas miliū erit hic isfē de causis non aliud proferre, q̄ qd̄ racendū non videtur, longissimē a vere aberrare eos, qui cometas eodē, quo astra diuina motu terrā ambientes ad tuū tm̄, & quinquaginta millaria a terra renouerū arbitrantur. Nec certū est si namā vapores, aut exhalationis altitudinem ultra duo, & quinquaginta millaria non attollit, et si nō altius arrollant uapores, aut exhalationes, ex quibus aliquid ad nos solaris lumines reflecti possit.

302 Via lactea, missis veteris fabulis, quo rū aliq̄not resert Ar. lib. 1. sum. 2. c. 5. ex eius d. Ar. cedē sū. c. 6. finia, est exhalatio in supremā aeris regione vi stellarū tū maxima rū, & fulgidissimari, quae in via lactea apparet, tū ēt minorū allārū, quae sporades, hoc est sparix vocātur; & quia ob exiguitatem ægri apparent in constellationib⁹ ab Altōnomis descripta non sū. tū, quae tū in via lactea creberimē cernuntur, attracta, ibiq; per motū a predictis stellis cātum illa qualiter ventilante accensa, carideglumine in ipsa refraacto candicans, non tū in zonam a parte rei redacta, sed per totā feri illa supremā aeris regionem dispersa, quamvis nobis vñz in instar ad celum cingentis appareat. Ex vera tū sū. via lactea non est impressio aetator logica, nec ait ad qd̄ in regione subiecta, sed in firmamento, seu sphera stellarū existit, nō tū dēsor, & omnino cīstū sp̄c̄r̄.

16
Flammea
Fax,
lancea
ardens, sa
geta,
trahit,
capra sal
tantus, ignis
perpendicula
ris, &
si p̄r̄s
sint flamae,
faces, &c.
put ex varia ex
halationis fig
ura, motu, mag
nitudine, distin
ctione, disposi
tionē quoad cr
assitatem, & ten
acitatem, &c.
varias induunt
predictarū rēti
formas. Inter
has multi ha
ec hēc tēnus cū Ar.
numerarunt
cometas, & viā
lactea: sed de
cometis ob
connexionē, q̄ cū
alijs ad cēstū
spectā tib⁹ &
supra scilicet
involutis hit,
fas miliū
erit hic isfē
de causis non
aliud proferre,
q̄ qd̄ racendū
non videtur,
longissimē a
vere aberrare
eos, qui
cometas eodē,
quo astra
diuina
motu
terrā
ambientes
ad tuū tm̄,
& quinquaginta
millaria
a terra
renouerū
arbitrantur.
Nec certū
est si namā
vapores,
aut exhalationis
altitudinem
ultra duo,
& quinquaginta
millaria
non attollit,
et si nō
altius
arrollant
uapores,
aut exhalationes,
ex quibus
aliquid
ad nos
solaris
lumines
reflecti
possit.

303
via lactea
Tēnus

75
179
Matis
761 61
179

22
Bijdem
unitat.

32
Præfundi
sat.

32
Eguabili
tat.

33
Salfed.

par, que lumen sive proprium, sive a sole receptum ita reficitur, ut cædare videatur, sed ingens exiguari stellarum multitudine in eadē spissitate contentarum, quæ præguitate lumen ad nos diffundit, non propagantur, sed ita inter se confundunt, ac miscent, ut non tam lumen, quam candor quidam appareat.

303 Inter impressiones aquæ, prima, & omnium maxima occurrit mare, cuius origo non alia, quam a Deo tribuenda est, qui cum primo creationis die oculum, & terram, & quidem aquis vndeque cooperant creaturam, tertio die sic viuentum hominum poltlanse, & aquas, quæ sub calore orante (nam de aliis aquis, quas sacre litteræ supra eorum esse indicant, lacrorum est interpretatio disputare) congreant in locum viarium, hoc est in ingente alveo, quem extracta terra, (ex qua alias in partes translatæ, credibili est, eundem terram in totam editioem, & in ea montes, quibus maxime opportunum iustum est locis, ad horum inferorum, & viventium præcipue bonum effuscere, ut hoc obiter de montibus etiam origine attrahatur) excavauit, easque sic congregatas mare appellavit. Vnum, & continuum est mare, licet variis in regionibus varia fortius nomina, Mediterranei, Oceani, &c. Caphrioticus, seu Hæcanno per subterraneos meatus cum alijs coniunctus nō est tamè terra altius aut maneat, sed in contraria terra communiqueret solum mari altior est. (licet aliqua terra pars, que tamè nō sit mari littus, posset esse mari depressior) sed etiam maior, quam tota aqua, sive in mari, sive in lacubus, sive in fluminibus, sive in aliis terrenis locis contenta hæcenus, cognita, & si inter superficiem terræ, & aquæ hæcenus cogitata non magnum videatur esse discrimen. Profunditas maris ordinaria, quidem colibus, & Montibus mediocribus, extraordinariam vero esse, summis montibus, qui tamè viuis, aut viuis, & dimidiis milliarib[us] altitudinem excedere non solent, responderet partim certum, partim vero simile est Status, seu æquabilitates, cuiusdem maris tot, tamque amplis summis, aliisque aquis in illud perpetuo de currentibus, non alia est causa, quam quod quantum in se accipit aqua, tantum faltem ad sensum variis modis, de quibus infra ex se emitunt. Coloris vero sive rubei in ethirio, sive alterius in alijs maris partibus perpetuo apparente causa in eiusdem fundum nubeis alteriusque coloris arenis levatis, aut aliter coloratum referenda est.

304 Salcedinem probabilitatis non esse

a solo Deo initio mundi maris induitam, sed generatam partim, & præcipue, ut docet Aristoteles, summa, t. cap. 3, hoc est, tum ex multitudine terrestris exhalationum, & quæ a ratione solis non omnino evictæ, & concordatæ, maris permicentur, tum ex eo, quod partes aquæ marinae dulciores, & subtiliores, eadem solis actione eleuantur, bellicos aliis: partim etiam ex venis, & fontibus salis, quas multæ locis in mari fundo existere non est improbabile. Vale mari falsedo tum ad marinorum pescorum vitam, & conservationem, quodrumplerique in aqua dulci non vinerentur ad commodiorem navigationem, cum aqua salina melius nauigia sustinuerat, ad mari superius conservacionem a purredine, cui falsogno maxime resiftit: tum ad alias, per multas, quæ ex aqua salina percipiuntur, visitantes marini tamè pisces falsi non sunt, quia aqua salina ab illo hausta ita concoquitor, & digeritur, ut salinitatem amittat.

305 Plures in mari morus comprehenduntur, duo generales, alii particulares. Primum generaliter est, qui dicitur accessus, & refluxus, seu fluxus, & refluxus, seu incrementum, & decrementum, & vno verbo fluxus. Accessus, seu fluxus, seu incrementum est cum mari intumescens ad littora fluit, & eaque operatur. Recessus, seu refluxus, seu decrementum, cum mare detumescens a littoribus refluit, eaque defert, cuius visusq[ue] antea, seu latens, ea varietas est, ut alibi major, alibi minor, alibi celerior, alibi tardior sit, & invenia, nunc alia incipiat hora, & duodeci in quidem horarum spatio fluxus, & refluxus ubique obfulvatur, sed alibi, & vt plurimi, sensis horis fluit mare, sensis refluit, alibi pluribus, aut parteioribus, quā sensis fluat, & refluxuat. Causa huius fluxus, & refluxus in universum, ut per quam obserua sit, non est tamè referenda in animam mundi, quæ nulla est, tanquam ingenio, cuiusdam animalis, quod narium in Oceano sit, halitum emittendo, & recipiendo fluxum, & refluxum effecti, ut fabulati sunt Stoici nec in forma substantiali em aqua, nec in occultâ terrena virtutem nec in alijs dispositionibus, nec in intelligentiam, aut hinc muneri destinata, nec in Lunam tantum, aut Iolem tantum, sed, quod probabilitas videtur, in Lunam, & Sollem simul, præcipue tamen in Lunam, agentes non per calorem, & lunam, sed per qualitatem a lumine, & calore diuersam, modum tamen lunum propagantur, quamq[ue] proprio caremus, communis influenze nomine appellamus, cuius influentia propriis fit

24
Planeta,
& reflex
uum.

fit non rarefaciendo sed attrahendo atro-
lere marinas aquas, non quidem ita, ut in ae-
re suspedat, sed ita, ut ad eas maris partes,
se, ut vocari solet, quadraturas, in quas
magis agit, ex aliis, in quas minus agit, a-
qua sua hendo accumulet, eademque ope-
ra causat fluxum in partibus, seu quadratu-
ris, in quas magis agit, & refluxum in aliis,
in quas minus agit.

306. Concipiendo enim est tortus ter-
re, marisque ambitus in duos horizontes,
alterum superiore, alterum inferiore,
qui pro regionum varietate vari sunt, di-
uisus, & vixque horizon rufus subdivisus
in duas partes aquae, ita ut sint quatuor
partes aquae, leuæ, ut vocari solet, qua-
dratura, una ab oriente ad meridiem, quæ
dicitur prima quadratura horizonis sup-
erioris; altera à meridiis ad occidente, quæ
dicitur secunda quadratura horizonis su-
perioris; ac tertia ab occidente ad medium
noctem, quæ dicitur prima quadratura ho-
rizontis inferioris: Quarta a media nocte
ad orientem, quæ dicitur secunda quadra-
tura horizonis inferioris. In duas igitur
ex his quadrature inter se opposita prædi-
cta influentia tempore magis agit, vel direc-
tè, vel reflexè, directè, quomodo est acti-
vior in eam quam aut Luna, & Sol simul,
aut salem Luna directè apicit, reflexè re-
flexione a coelestibus corporibus, & præfer-
tim astris in sphera stellata frequentissi-
mis facta in aliam illi oppositam; in duas
vero alias his prioribus duabus oppositas,
quas Luna, & Sol simul, aut salem Luna,
neque directè, neque reflexè, nisi paucis, &
valde obliquis velut radiis reflexionis pra-
dictæ apicit, semper minus agit, & propte-
re dum aquæ ad duas priores quadratu-
ras ex aliis duabus attrahuntur, simili sit
in duabus prioribus fluxus, in aliis duabus
refluxus: ita ut perpetuo sint in diversis ma-
ris partibus, duo fluxus, & duo refluxus, qui
perpetuo ita variantur, ut variantur præ-
varianate regionum prædictæ quadratura.
In quibus rectè distinguuntur etiani octo
puncta, quorum quatuor dicuntur fortia,
quatuor debilia; quia Luna, vel sole in ijs
existenti fortis, vel debilis fluxus, vel re-
fluxus, primum punctum forte fluxus diur-
ni ponitur in medio inter orientem, & meri-
diem; secundum forte re fluxus diurni in me-
dio inter meridiem, & occidentem; tertium forte
fluxus nocturni in medio inter occidente m,
ac medium noctem: quartum forte refu-
xus nocturni in medio inter medium no-

ctem, & orientem. Primum autem punctum
debile fluxus diurni ponitur in oriente: se-
cundum debile refluxus nocturni in meridi-
e: tertium debile fluxus nocturni in occi-
dente: quartum debile refluxus nocturni in
media nocte.

307. Varietas autem illa, quoad ma-
gnitudinem, celeritatem, inceptionem, &
durationem fluxus, & refluxus ex variis or-
tus ducente causis potest. primo ex varia
Luna cum Sole coniunctione, vel ab eodem
remotione. Secundum ab astris, que in quib-
usdam celi partibus sunt frequentiores,
& consequenter maiorem efficere possunt
reflexionem influentia causantibus fluxum.
Tertio a ventis mare agitantibus. Quarso
ex situ, & qualitate alicui, in quo iacet ma-
re. Quinto ex aliis maris motibus, de quib.
infra. Sexto ex ingressu fluminum aquas in
eandem semper partem impellentium. Septimo ex concursu duorum marium, ut
in trebis, seu euripis. Videntur tamen ha-
causa spectare præcipue ad varietatem
quoad magnitudinem fluxus, & refluxus;
varietas autem quoad celeritatem oriri
potest præcipue ex dispositione alicui: Va-
rietas quoad inceptionem tum ex varia-
te dierum: ac noctium, quæ sub æquatore
tantum sunt semper aquæales, extra æqua-
torum verò sunt semper inæquales, prater
quam tempore æquinoctiorum, tum ex mo-
tu Lunæ, quæ singulis diebus una ferè hora
tardius oritur: Varietas denique quoad
durationem ex littoribus præcipue altitudi-
ne, vel depressione, planitate, vel fluxu, in-
terdum ex fluminum, in qua mare per æ-
sum subit, rapiditate, vel tarditate, inter-
dum ex alio maris motu.

308. Alter motus generalis maris est
ab ortu in occasum, qui necet alicubi, ut in
fretto Magallanico, in sinu Mexicanæ, & ex
parte etiam in sinu Adriatico vehementer fit
pluresque, tamen in locis est adeo tenuis.
ut non nisi in longa navigatione deprehen-
di possit. Cæ huic male referunt in motum
primum mobilis, aut si huiusmodi ponatur
mundi sytema, in quo primum mobile nō
admittatur; in motum coelestium corpo-
rum: male etiam in locorum proprietate,
aut in fluminis, tametsi hæc, vbi ab ortu in
occasum feruntur, aliquid luvare possunt:
male denique in Solem, qui suo calore va-
pores è mari, cui in cursu diurno succelli-
tū immiscet, attrahendo, successivè sem-
per illud imminuat, quo fiat, ut aquæ tan-
quæ ad decliniorē locū continenter fluant

Mariomo
in abru
in ac-
cusing,

folis cursum comitantes, nec probabilitas quidquam occurrit, quam ut peculiari aliqua solis, sy derumne, quorum conuersus motus hic sequitur influente, hoc est attractiva qua piam qualitate, qualem plurimis inesse rebus docet experientia, effici dicatur.

26
Eugenio
marini ab
oraculo i.
oraculo.

30 Inter alios maris motus, qui partculares dici possunt, primus est ab occasu in ortum, hic cernitur in mari mediterraneo; nam in finu Adriatico fertur mare ad oram Dalmatia, Istria, ac totius Illyridis ab ortu in occasu; sed in extremo finu, vbi Venetii sedent, reflectitur ad oram Flaminia, Piceni, & Apulia; aliquantulum orientem versus, cuius mox causa est ipse motus ab ortu in occasum, quo impulsum mare, cum perpetuum cursum tenere nequeat in gyrum reflectur. Quia eadem causa est, cuius image ab Hispania oris, & Gaditani fratribus angustis reflecti coactum secundum Africam, & Aegypti littora, qua liberior, & rectior aqua cursus est, orientem versus per spiculam fluit.

27
Eugenio
marini a
septentrion
eum Au
strum.

Secundus est a Septentrione in Austrum: hic etiam maxime apparet in mari mediterraneo, in quo Maotis per Eosphorum cimerium in Pontum Euxinum, hic per Bosporum Thracium, Protipoditem, & Helle-sponentum in Aegeum fluit: omnia autem prater hac maria minus hoc faciunt evide-ter, inquit Arist.lib.2. c.1. cuius motus causa ex Aris, ibidem est multitudine fluminum in Mecotidem, & Euxinum decurrentium, & minor Maotidis, quia Euxini, & Euxini, quia Aegei profunditas, qua sit, ut mare per declina fluminis instar feratur. Sed huc profunditas per se opficit semel omnibus ca-uitatibus nihil hunc motum iuuaret sine prædicta fluminum multitudine, quibz ad ipsi possum etiam in maximo ad Septentrionem pars pluvia, niueisque, quibz mare ex-crecens in Austrum, ut depreciosum in lo-
cu defluit. Tertius est ab Austru, ut flu-
mina conuentam, ita de eorum origine seniendum videtur, ut neque ex Tartaro Platonico, neque ex solis pluviis, aut nubibus solvitis, neque ex sola aeris, aut vapori-
um vi frigoris cavernarum terræ in aqua conuersione, si que ex his omnibus, aut plu-
ribus simul generentur; si de omnibus fonti-
bus, & flum inibz sermone sit, nihil tamen
vetet, quia ex his omnibus simili, Tartaro-
tantum Platonicu sculolo, aliqui fontes esse
perennes, & aliqua minora flumina orian-
tur. Maximam tamen fontium, & flumi-
num partem ex mari per subterraneos mea-
tus, quibus aqua marina percolata saledi-
nem exigit, originem ducere, multa per-
suadent. Quare etiam autem quoniam aqua ex
mari per subterraneos meatus ad fontes
mari altiores duci queat, & nulla videtur

liaribus aliœ conditionibus, partim plu-
rium motuum concursu tribuitur.

30
Maris, &
terra per
mutatio-

31 Aliquas maris, ac terre permuta-
tiones, non valde tamen respectu maris, &
terre magnas naturaliter, & olim factas,
& etiam num fieri posse pro certo haben-
dum est: sed huiusmodi vicissitudines, qui-
bus, & terra tota in maris, & mare totum
in terra locum sapienter translati ita ut to-
tum, & olim permutatum, & aliquando
permutandum sit, ut docet Aristoteles lib.
i.cap.vltimo, ne supposita quidem mundi
eternitate admittendum est.

Diluvia etiam particularia quarundam
regionum etiam plura euensis constat.
Generale vnum tantum, quod certo con-
stat, idque a Deo inductum fuit, nec in na-
tura vis ad generale diluvium est, nisi tan-
diu mundus duraret, donec fluminum, solu-
tarum nivium, pluviarumque vi terra par-
tibus omnibus editoribus paulatim arro-
sis, & sub aquas devolutis, terra tota tan-
dem ab aquis operiretur. Quod si mundus
in aeternum duraturus esset, sine dubio, nisi
Deus impedit, tandem aliquando contin-
geret, iuxta dicta supra, vbi de mun-
do.

31
Diluvia;

Quod si quis, antequam est mari penitus
egrediamur, exquirat, cur natura auctor-
tot, tamque diuersos mari motus incite
volenter. Respondeatur tum ad: maris ip-
sius conformatio nem a purredine, quæ in a-
quas in metas facile irrepit, tum ad eius-
dem purgativam, nem a sordibus, quæ per mo-
tum in littore ejicitur, tum ad nauigationis-
um, quibus huiusmodi motus sape ve-
hementer fauunt, opportunitatem.

32
Mecotidem
Euxinum
/4.

33
Fons, &
fumina.

31 Sed ut a mari iam ad fontes, & flu-
mina conuentam, ita de eorum origine seniendum
videtur, ut neque ex Tartaro
Platonico, neque ex solis pluviis, aut nubibus
solvitis, neque ex sola aeris, aut vapori-
um vi frigoris cavernarum terræ in aqua
conuersione, si que ex his omnibus, aut plu-
ribus simul generentur; si de omnibus fonti-
bus, & flum inibz sermone sit, nihil tamen
vetet, quia ex his omnibus simili, Tartaro-
tantum Platonicu sculolo, aliqui fontes esse
perennes, & aliqua minora flumina orian-
tur. Maximam tamen fontium, & flumi-
num partem ex mari per subterraneos mea-
tus, quibus aqua marina percolata saledi-
nem exigit, originem ducere, multa per-
suadent. Quare etiam autem quoniam aqua ex
mari per subterraneos meatus ad fontes
mari altiores duci queat, & nulla videtur

28
Eugenio
marini ab
Aero
in Septe-
trione.

29
Eugenio
marini
metamor-
phica.

tura afferci posse probabilius, & universali responderio, quoniam si dicas an, eundem natura auctorem, qui ad viventium praecipue bonum aquam, qua naturaliter terram tetram operiebatur, unum in locum congestis, terrae partem initio aperuit, ad idem viventium praecipue bonum eidem terra certis locis, ut virtutem mineralē ad producenda fossilia, & metallū, ita virtutem attractivam ad aquam, ē mari per venas, & meatus subterraneos ad fontes, aut terrae ad ea loca, unde ad fontes commode delabi posset, attrahendam, indidisse.

Alij præterea duo esse possunt modi, nimirum quidem quām primas iam indicatis, universales, quibus tamen multis fontibus, summinibusque aqua ē mari per vias subterraneas suppeditari naturaliter possit.

Alter est, si aqua ē mari per vias subterraneas non quidem ad fontes ipsos, nec ad loca alia mari aliora, sed etiam tamen suo cursu deuenient, unde vapores ex illa solis, & alienis etiam ignis subterraneorum calore extracti, & ad alia loca subterranea fontibus aliora subuenient, eiusdem scirra trigore in aquam resoluti ad fontes deruentur.

Alter etiā si nūrū ipsum non quidem proprio tantum pondere, quod non sufficeret, sed addita ventorum preuentione, & agitatione, quā sepe fluctus supra fontium aliud uideant atolluntur, cuniculis, & seu aquæductibus illis subterraneis incubentes, aquam per cuniculos illos ad fontes, aut ad loca, unde faciliter deinde, accipituli ad fontes via tendat, exire compelet.

3.12 Neque idcirco negamus ex pluvijs, nūribus, aeris, & vaporum in aquas conversione, his etiam fontes, & humus, quā originem mari debent, magna capite incrementa posse. Sed vnde, & quomodo perennis illis aqua copia, qua in huiusmodi caufa referri non potest, submittatur, conamus ostendere. Fontium autem subito aut erumpentium, aut debentientium caufa interdum est terra, sive uolum sub terra lapis a terramotu, vel pluvijs prouentis, quo aqua ne solita via tendat, impeditur, & nouos exitus qua rete cogitur: interdum noua curriculorum ad mare obstruicio, aut aperiō: interdum chorio, quipiam, qua iter aquæ interciditur: interdum noua Sylva-

rum, & arborum pullulatio, aut euulfio, arborum radicibus ad se aquam trahentibus, quo fieri potest, ut noua arborum pullulatio fons aliquis exarescat, euulfone autem rursus siccatur. Sed hæc de fontibus hic satia.

3.13 Cū autem non perinde mari, ac fontium, catenaque aqua glacietur, explicabitur, vbi quid glacies sit, definitum erit: quā nihil aliud est, quam aqua, aut alia aquæ qualitates aliquo modo participans substantia congregata, ad quam perinde, ut materia concurreat aliquando aqua, terrestribus tamen exhalationibus mīla s: aliquando alia aquæ qualitates aliquo modo participans substantia: quo sensu intelligendus est Aristoteles Meteoris. Fūnum, & cap. secundo, vbi aquæ species, inquit, talia, vinum, urina, ierum, & emulo quæcumque nullam, aut parvam habent substantiam non propter viscoſitatem: ut efficiens verò ad eandem concurreat frigus. Et quidem aqua, ex qua de aliis iudicari facile poterit, tanquam ab efficiente adequare per se conglaciatur a frigore tum formæ ipsius aquæ, tum forma terreas exhalationum aquæ admistiarum, tum etiam a frigore aeris, & terra, alterius corporis ambientis, quatenus in aquam aegido frigus aliquod in illa producit, quod etiam per se concurreat aquam conglaciandam per accidens autem conglaciatur a frigore aeris, terre, alterius enim corporis ambientis, quatenus per illud excluditur ab huiusmodi corpore ambiente, & aqua, inquit agit, calor frigori aquæ, & terreas exhalationum aquæ admistiarum contrarius. De grandine vero, quā glacies quædam est, ex Aristotele libro primo summ. 3. cap. 2. infra. Mare autem non quidem nunquam, sed tamē difficultius, quā alia aquæ, in glaciem vertitur, tum quia spissus, & corpulentius est, quod autem tale est, minus frigerari potest ex Aristotele, sectione 23. Problem. 7. tum propter calidarium exhalationum copiam, quam habet admistam: tum propter illud crassum, & vñctuofum, quod in se continet, & calidum est ex Aristotele, ibidecum: tum propter agitationem, quā cōcretionem impedit. Quā etiam caufa est, cur difficultius currentes, quām stagnantes aquæ glaciuntur: tum denique propter maximam aquæ molem, facilis enim frigus modicam, quā magnam aquam vincit, & cum exhalationibus admisis concrescere facit.

34
Glaciel.

Sed

35
Rer.

314. Sed ut à mari, & terra nō nihil tolamur, in prima, seu infima aeris regione, pruina, nebula, grando, generantur, Ros nihil aliud exquam tenues guttulae ex vaporibus tepidis modico frigore concretis resoluta, cuius causa efficiens quoad incoherencia est Sol moderato calore vapores elevans, quod perfectionem, frigus moderat. Generatur vero per se loquendo in regionib; temperatis vere, & autumno, sereno, & tranquillo celo.

At qua ut frequenter vapores in noctem ventendi respire attolluntur, sub finem verò noctis concrescant, & decidant: negari tamen nō potest, quia qualiter dici hora possit ascendiens modo debita temperies adfuit, & qualiter noctis, fatis etiam frequentie extrema diei hora, descendere, cum necessarium frigus adfuerit. Quatuor vero distinguntur roris species, intellige tamen accidentiales. Prima, recinet nomen generis, & est ros omnibus notus. Secunda dicitur manna, & est roris ita concoctus, ut cum exiguo humido aquo multum fieri viscosi, & aere in ipso relinquatur, qui perinde durus est, candidus coloris in herbis, & arborum folijs multis in foci, sed praecipue in Calabria, unde ad medicos vires in alia loca asportari solet, reperiuntur. Et ad hominam non nisi accidentialiter diversum fuisse manna Hebraorum existimare doceuri. Tertia dicitur mel, & est ros constans humido aquo, & fieri viscoso, & aereo, ut manna, sed non adeo concoctus ut manna, ac propiore non ita durus, & candidus, ut manna. Quarta dicitur ladanum, quod caprarium per certa herbarum, & fructuum genera pascientem in barbis, & pilis adhaereat solet.

36
Pruina.

315. Pruina est vapor congelatus, seu potius concretus vi frigoris, sed paulo inferioris, quam illud, cuius vi concrescit ros.

Hac eriam sereno, & tranquillo, sed fatis frigido tempore generatur, & per vitilis factis, ac plantis est, quatenus obstat, ne calor intra terram finum inclusus vna cum vaporibus, & exhalationibus exeat, & si per accidentem iisdem interdum noceat, cum non iniuria veris, sed serius obveniat, iamque herbaceentes vegetes, crimpentes geminas, & germinum oculos, ac flores aditur, & interdum penitus eneat, ac spem omnem fructuum illius anni precidit. Idcirco autem pruina, cum ad tricuum, vel etiam diutius durat, si enim pieruanque est futura pluviae, quia ex

illa colligimus crassiores vapores in pluvias veni solitos sursum attolli, sicut ros diutius durans, signum esse solet, senectutis ob contraria ratione.

316. Nebula duplex est altera, que est caligo dicitur, ex locis humidis eleuator, & quia spissis, & crassis vaporibus condensata, in sublimi vix attollitur, sed fere humire possit. Et hoc, si oriente Sole dissipatur, indicium est senectutis: si vero attollatur, facile in pluviam concrescere. Altera cuius tam mecum Aristoteles libro primo summa cap. 1. est ex ipso Aristot. exrementum, seu decadentia eius nubis, quae in aqua recte soluta fuit, neque tamē est eius nubis pars crassior, & densior, sed tenuior, & raro, licet ob frigus illa a pluvia communicatum grauor redditus infra nubium locum descendat.

Prior illa nebula noxijs interdum abundat exhalationibus, quibus segetes, tenerio resque plantas aduersit, & vitiat: posteriores autem hius, seu sterilium harum nubis et liqua omnia est, & utilitas, quod Solis radiis tantisper obstant, ne pluvius humor est nubes in terram delapsus solis calore illuc euocetur, sed per eorum a terra, planisque, ut ad secunditatem opus est, & combinatorum.

317. Grando est vapor exhalationi terreni permixta prius ad medium aeris regionem eleuator, & in eadem pieruanque in aqua guttas resolutus, deinde in infima regione frigoris per antiperistasis intensi ui congelatus. Itaque grandinis materia est vapor exhalationi permixta in guttas resolutus: forma substantialis ex pradomino est aqua, accidentialis est congelatio, efficiens per accidentem est calor ambientis, per se frigus, ad quod prædicta gutta calore ambientis obfessi & reducuntur. Aque vero est verum est, quod Aristot. lib. 1. summa cap. 1. docet calorem etiam guttarum, ex quibus sit grando vehementer, tamersi per accidentem, conferre ad celeriorem illarum congelationem: ita falsum videtur, quod alij contra Arist. dicunt, folius interdum frigoris ambientis vi fine caloris antiperitatis fieri grandinem. Cur autem nubes, ex qua grande generanda est, non prius veratque in nivem, quam in grandinem, cum minus frigus ad illam, quam ad hanc requiratur, & quod frigescit, necessario prius remisum, quam intensum frigus acquiratur: ratio illa est, quia ad generationem nivis requiritur maius frigus extrinsecum aeris ambientis,

37
Nubes q.38
Grando.de
ambiente.

ad generationem vero grandinis maius frigus intrinsecum guttarum vix grandinis est glaciandarum. At quo in regionibus quidem temperat aestate potius, sic grande, quia sit per antiperistasis calor, ut diximus: in regionibus vero calidis sit potius vere, & autumnus, quia peractatem est nimium aestum defuit vapores, & potius interdiu, quam noctu, quia interdum maior est calor, anti-peristasis. Cum grandine autem in figura sere, & in aliis conuenient granula, rursum dicitur, quod grande durior & granula mollior, & nisi frigore concreta per similes est.

318 In secunda aera regione ferè sunt nubes, pluvia, nix, & colores varijs apparentes, Iris, Halon, Virga, Parclj, Parafelinij. Nubes est vapor solis & ait ad medium aeris regionem, aut certè aliis, quia cum quo solet caligo, eleuat, ibique & natiui frigoris ad densatus. Et duplex est, aerea sterilis, quae maiori ex parte constat exhalatione, & resoluti solet in ventos: altera secunda, quae maiori ex parte constat vapore, & resoluti solet in pluviam, magisq; proprietate dicatur nubes. Locus nubis, ut plurimum est media regio, quamvis interdum vix modicos colles excedat, & sepe visa sunt nubes multo cum sono, interdum etiam sine sono leviter terram deflata ex Ar. lib. i. fum. 3. c. 2. Si autem de somma nubium altitudine agatur, nihil certi, praeferim celo vndeque nubilo statut potest, videtur ramen duorum, aut trium plerumq; militiariorum esse, sicut maiorum etiam esse nil veter. Tempus requiriunt, nec nimis calidum, nec nimis frigidum, ne vaporum, ex quibus gigni debent, tamen impeditur, nec nimis calidum, ne dissoluntur.

319 Pluvia est nubes vi frigoris in aquam resoluta, & ad terram guttatis descendens. Et duplex est, altera ordinaria, prodigio a terra. Ordinaria dicitur imber, cum guttae numerata sunt, & crebre, alia propria, & i. prefis pluvia, cum guttae maiores sunt: alia nimbus, cum guttae sunt maxima, maximoque imperio decidentes, minores autem, vel maiores decidunt gutta, tum propter maiorem, vel minorem altitudinem, ex qua decidunt, ex aliore enim loco aeris aliquone magis dissipantur, & minuantur, ut tardiore vel celeriore nubis in aquam resolutionem, que enim tardius resoluitur, secundum minores partes, que celerius, ut sepe per se stet, secundum maiores decutum futurum.

357 Ex his multa ad putrefactionem pertinientia problemata facile ſolvas, ut cur humida putrefactant fieri ut ignis, & cinis, non putrefactant: cur Medici cum apofre ma, aut aliiquid aliud deducere ad putredi nem volunt cataplasma, & medicamenta, adhucque humectantia, & calefacien tia: Cur concreta, & dura minus putre-

ſcant,

scant, quām liquida: cur glacies, & alia per frigida non putrefiant: Cū hiberno tempore, præterim sereno celo, & flante Borea minus, quām astio res putrefcant: Cur quæ putrefcent initio humidiora, in fine seciora sunt: Cur que feruent, que val de calida sunt, non putrefcent: cur que fluunt, vt flumina, minus putredini obnoxia sint, quām que manent, vt aquæ stagnantes, & palustres. Cur maiora, & deniora difficultius, minora, & minora faciliter putrefcant: Cur in vniuersitatem humida, & calida tantum putredinem con trahant.

358 Sed duplex distinguitur est putrefactio. Vna pressæ dicta, & perfecta supra ab Aristotele definita, que extractione humidi naturalis substancialiter tandem rem mutat: altera latè dicta, & imperfecta, quæ dupliciter adhuc summa potest: vel pro putrefactione pressæ dicta, nondum tamen absoluta, sed tendente ad suam perfectionem, seu ut magis propriæ loquamur, pro alteratione prævia putrefactioni pressæ dicta: vel pro alteratione, non quidem prævia putrefactioni pressæ dicta, seu non habente ex se consequenter putrefactionem pressæ dictam, remouente tamen aliquo modo rem a suo statu naturali. Ac putrefactio, quidem pressæ dicta, vel etiam latè dicta sumpta primo modo conuenit tantum mistis: non autem elementis puris, aut impuris: putrefactio autem latè dicta sumpta secundo modo conuenit etiam elementis, sed impuris, uno tamē excepto igne.

359 Explicata generatione, & corruptione misti in communi recte Aristot. Meteor. sum. I. c. 3. incipit explicare passio nes quasdam, que mixto in suo esse iam constituto conueniunt: ac primùm illas, quæ a duabus qualitatibus actiuis, concoctione scilicet, quæ a calore, & incoctione, quæ a frigore proueniunt. Concoctio recte ibidem definitur, perfectio à naturali, & propria calido ex oppositis passibus, hæc autem sunt propria vnicuique materia: Dicitur (perfectio) vt significetur ea, quæ concoquuntur omnia aliquo modo perfici, vel in se, vel in alio in ordine ad aliud aliud: & hoc adhuc dupliciter, vel accidentaliter, s. vel substancialiter: tunc duplex est concoctio; altera, qua res mutatur tantum acciden taliter; altera, qua substancialiter. Id de inde (a proprio, & naturali calido) vt intelligamus ad concoctionem efficiendam, eñi

per accidentem concurrere possint multa, per concurrere non solum calorem, & quidem proprium, & naturalem, vel rei quæ concetur, vt accedit in fructib. qui a propria forma, & calore illa consequente paulatim procedunt ad maturitatem, vel eius, ad quod res, quæ cōcoquuntur, pertinet, vt aliquid ipsius, & quidem intrinsecus, vt accedit in viuentib. & animalib. in quib. alimentum intra ipsa suscepimus, & in ipsorum substantia per nutritionem vertendum cōcoquuntur a calore ipsorum proprio, & naturali. & si forte nō simul cum calore proprio, & naturali cōcurrere etiam potest calor extrinsecus intrinsecum adiuuans si quis tamē illa uerba (a proprio, & naturali calido) quod non incommodè potest, ita intelligatur: vt non efficietur, sed formalem concoctionem causam importent, & sensus sit, concoctionem esse perfectionem, quæ ut à forma constituitur à proprio, & naturali calido, vt a materia vero ab oppositis passibus, de quibus mox consequenter per calorem proprium, & naturalem, intelligatur oportet semper proprium, & naturalem rei, quæ concoquuntur: licet inconcoctionem, substancialibus hæc forma accidentalis caloris sumenda sit radicaliter pro ipsa forma substanciali, vnde huiusmodi calor naturaliter prouenit. Dicitur denique (ex oppositis passibus) quæ Aristot. ipse declarat esse propriam vnicuique (intellige, cui conueniat concoctio) materiam, hoc est frigidum, humidum, & siccum, ad quæ, vt ad materiam se habet concoquens calor.

360 Sic intellecta concoctionis definitio, conuenit omni concoctioni non artificiali, sed naturali, sive accidentalali, sive substanciali, quam cōcoctionis divisionem explicat Arist. cum docet aliquib. concoctioni bus finem esse naturam, quam dicimus formam, & substancialis autem finem esse, ut humidum tale, ac tantum fiat, hoc est accidentaliter tantum mutetur secundum qualitatem, & quantitatem, cum autem ibidem addit, quæ concoquuntur crassiora, & calidiora reddi, per (crassis) non intelligitur maius, aut solidius, seu durius, sed spissius, ac velut pinguis ex eo proueniens, quod humidum cum frico melius temperatum, & permixtum, ideoq; partes magis homogeneas habet: per (calidius) vero, non quod virtualiter est calidius, sed quod aequaliter, & quidem calore proprio, idq; per se loquendo. Conuenit autem concoctio

iam explicata, tum miftis, & quidem maximè propriè viuentibus, in quibus euidētius calor concoquens reperiit ſum elementis, ſed impuris, ſeu permiftiis, non autem puris.

361 Ex his intelligitur etiam quid fit in concoctione concoctioni oppofita, qua ab Aristot. loco citato reſtē deānitur eſt imperfectione propter indigentias propriez caliditatis, quam imperfectionem explicat ſtatim eſt oppoſitorum paſſuorū, qua funt vniueſtis (intelligi cui conueniat in concoctione) natura materia, hoc eſt calidū, humidū, & ſiccum. Indigentiam autem propriez caliditatis explicat eſt frigiditatem, quam ob imperfectionem appetiat nomine priuatiuo, licet fit quid politiuum vt alio loco diximus.

362 Concoctionis tres ab Aristot. ſpecies 4. Mercur. c. 3. ſupra citato, reſtē conſtituantur, Maturatio, Elixatio, Aſſatio: In concoctionis item tres, Cruditatis, Inquinatio, Tofatio: quārum omnīam nomina non eodem modo, id est non vniocē, ſed an analogiē ijs, quibus tribuuntur, conuenire dicuntur: tum concoctionis, & inconcoctionis ſpecies omnes cap. 4. reſtē definiuntur. Maturatio, qua eſt prima concoctionis ſpecies, definiuntur concoctioni alimenti in hiis, qua circa fructum: per fructum autem nō intelligit Aristot. id, quod Latini communiter fructum appellant, nempe quod à plantis ad oſum accommodatum producitur, & ſemen intra ſe continet: id eft intelligit ſemen in illo contentum: per id verò, quod eſt circa fructum, quod ipſe inveniuntur vocat, intelligit id, quo ad etiam aptum eſt; & intra ſe ſemen complectitur. Reſtē deinde moner, pŕmo, rūe fructus eſſe perfecte maturos, cum ſemina in iſis incluſa poſſunt efficer eſſe altera, qua le ſunt ipſi fructuſum translatione, id eft analogia, quadam etiam alia dici matura ne mpe tuberculata, pituitaria, & huiusmodi. Eft autem, inquit, ruberuorū, & pituitarū, & talium maturatio a naturali calido inexistens humidū concoctione. Denique ex spirituofis, ſeu flatuofis, & acris aquae, & ex aquei terra, & ex tenuibus ſemper crassiora. (intellige modo ſupra explicato) fieri per maturacionem.

363 Cruditatis, qua prima eſt concoctionis ſpecies maturacioni oppofita, definiuntur inconcoctioni alimenti in eo, quod circa fructum, quam Ariftote, reſtē ait conuenire

ſpirituofis, aut aqueis, aut ex utriſque conflatis, & oriri ex caloris naturalis deſcenſu, & incommuneratione ad humidum maturandum. Aduenit tamen nullum humidum poſte fine ſiccō maturari, qua eaua eft, vt aqua non incravet. Sed extreſum moner etiani eruditatem, hic ut, & matrinationem dici mulcet modis, hoc eft analogiē, & conſequenter etiam virinas, egeſtiones, deſillationes crudas dici, cum non ſunt viſtæ a calore, neque confiſtunt. Immo addit longe procedentib. hoc eft magis adhuc latē, cruda dici ſicile, lac & alia, qua cum a calore immutari, & conſistentia redi poſſint, id paſſa non ſunt.

364 Elixatio, qua ſecunda eft concoctionis ſpecies definitur concoctioni a naturali caliditate humida inexistens interminati in humidu: id eft concotionis humoris interminati in humidu exiſtēti poenitēti a calore humidu: qua in reſtē Arist. docet conuenire ſpirituofis, aut aquofis, reſtē etiam norat elixa eſſe ſicciora, quā affa, & humida tantum elixari, & quidem humida non quacunque humiditate, ſed talia, qua vinci, id eft extrahi, a calido humidu poſſit, quo fit, vt nec lapides, nec ligna quāminus aliiquid habeant humiditatē, elixentur. Analogiē rāmen non ſolam aurū, & ſignum, & alia eiſum modi elixari dicuntur, aurū quidem, quatenus ab eo Scoria, lignum autem quatenus ab eo humidu ſe calore separatur, ſed etiam humida quādā, vt lac, & muſtum, quatenus eoru ſapor a calore extrinſeo mutatur in alia ſormam, id eft in aliū ſaporem.

365 Inquinatio, ſeu imperfectione elixa-
tio, Græcē ἐλιξία, qua ſecunda inco-
ctionis ſpecies oppofita elixationi defini-
etur, incoctione eius interminati, hoc eft
humidi, quod eft in corpore propter deſe-
quām caliditatis, qua in humidu, qđ circlū
Quem deſetum reſtē Aristote, ait eſſe
cum frigiditate, a qua per aliū morum,
qui ſeſſeret non eft calefactio, ſed frigida-
tio, ſeu remiſſio caloris, docet repelli calo-
rem, qui deberet concoquere, ſed non po-
tent, vt propter exceſſum frigoris in eo hu-
midu, in quo ipſe eft, vel propter exceſſum,
qui eft in eo, quod concoquendum eft; intellige, ſue hic exceſſus fit frigoris, ſi
ue humiditatis, qua a calore extrahi non
poſſit, reſtē etiam docet inquinata, ſeu im-
perfectione elixa duricra elle, quam eli-
xa.

33
Matur-
atio.

33
Cruditas

Elixatio.

Inquinatio.

Aſſatio

366. *Affatio*, quæ terciæ est concoctionis species definitor concœctio a caliditate siccæ, & aliena. In qua definitione Arist. vel definivit tantum notiorum affationem tantum artificialem, quæ sine dubio fit à caliditate, vel definivit quidem affationem naturalem: sed per caliditatem alienam; significavit caliditatem efficientem affationis, quam ideo alienam dicit, quia est aliena, & non propria eius, quod astat, licet sit propria, & non aliena ei, quod astat affatione naturali verbi gratia, animali rectè etiam Arist. ibidem docet affationem, & elixionem esse operationes artis, ita tamè similes alias, sed innominatas fieri a natura, & in exemplum elixionis naturalis afferit concoctionem alimentorum in corpore animalium: nec minus rectè in exemplum affationis naturalis afferunt alii concoctionem alimenti factam in ijs, qui calore acco abundant, ut sunt valde bilios; alii concoctionem, quæ sit ab atate juvenili, & senilente; alii concoctionem, quæ nutritiuntur, & restaurantur ossa, seruunt pectora ficiores.

367. *Tosio*, seu imperfæta affatio Grecæ, *τοσιον*, quæ est tercia inconcoctionis species opposita affationi, non alter ibidem, definitur, quam per causas. dicitur enim accidere, aut propter paucitudinem exterioris ignis, aut propter multitudinem aquæ (id est humidae, & aquosa substantia) quæ in ea est, quod astat. Itaque intelligenda est esse inconcoctionem ex causis alatissimis.

Non solum autem concoctiones, & consequenter etiam inconcoctiones substantiales ab accidentalibus, sed etiam tam substantiales inter se, quando sunt ad diuersas specie substantias, quam accidentales inter se, si sumuntur formaliter, ut sunt a talis efficiente, & ad talen terminum accidentalem, qui est causa accidentalis diversorum specie accidentium, ut saporum, odorum, &c. differunt essentialiter: sicut accidentales sumptæ secundum se, ut solum dicunt talen complexionem primarum qualitatium, differant tandem secundum magis, & minus.

368. His quæ ad concoctionem, & inconcoctionem pertinent explicatis, transi Aristot. eodem 4 Meteor. ad explicandas alias misti iam in suo esse constituto passiones a qualitatibus passiis, humiditate scilicet, & siccitate prouenientes, quas quo-

niam hic persequi longum esset, videtur qui volet apud Aristot. ipsum, & interpres poterit. Illud hic omittendum non videtur mista perfecta inanima omnia celeb̄ ab Aristot. 3 Meteor. cap. vltimo reuocari ad fossilia, & metallica, quæ licet sub fossilibus aliquando comprehendantur, quatenus ipsa etiam è terra fodiente eruuntur, ibi tamen a fossilibus distinguitur: ab aliis vero ad quartuor genera, hoc est terram, succum, concretum lapidem, & metallica. Terra appellatur non simplex terra elementum, sed mixtum fossile, quod Aristot. per puluerem coloratum significavit, & cuius proprium est, ut aqua madefaciat, & molliat, & manu perinde, ac luteo subigatur. Differunt autem haec terre inter se coloribus, odoribus, saporibus, aliquo differentijs: celebres inter eas sunt Lemnia, & Samnia. Succus concretus vocatur fossile, quod madefactum non molliatur, sed liquecat, aut molliatur, valde tamè a terra differat, vel pinguedine, vel materia, quæ constat: & vel est macer, ut Sal, nutrum, alumen, chrysocolla, atramentum sutoriorum; vel pingue, ut sulphur, bitumen auripigmentum, sandaracha, & similia; quibus communiter conuenit, ut sunt siccata, & subdura. Lapidés dicuntur, qui sunt illiquabiles, qui enim in ob materiam metallicam, quam continent, liquabiles sunt, ad metallū potius, quam ad lapides pertinet. Sunt autem lapidum quartuor genera, quidam proprium nomen habent, sed tamē communis lapidis nomine appellantur, ut magies, arices, haemates; alii pretiosiores dicuntur gemmæ, alii marmora, alii faxa communia. Metalla denique, eti interdum latè sumptæ, extendantur etiam ad fossilia supradicta, ab Aristot. tamē loco citato appellantur ex rancum fossilia, quæ, vel fusilia, vel ductilia sunt.

369. Metalli species quoc sunt, non facit constat. Alij sex numerant, aurum, argentum, æs, ferrum, plumbeum album, & plumbum nigrum: reuiciunt autem ab enumeratione primo argentum viuum, seu hydrargirum, quod inter succos concretos repertum. Secundò stannum tanquam mixtum quoddam ex argento, & plumbō nigro. Tertiō electrum, quod certum est esse mixtum ex auro, & argento. Quartō plumbum cinereum, quod sub nigro, & albo consistit. Quinto orichalcum, quod natum ne sit, necne, ignoratur, cum non nisi

57
Fossilia,
& metalli-
ca, vel
terra, & su-
cus con-
cretus, &
lapides, &
metallū.

58
Metalla
species.

factitium, ex ære scilicet, vitri puluere, & calaminaris lapidis tintæta confatum reperiatur. Alij addunt argentum viuum, & plumbum cinereum. Alij vimac ponunt plumbi speciem, sed addunt argentum viuum, & stannum; atque ita septem volunt metalli species; quas Astrologi quidam, inter quos etiam Tycho in epistolis dicunt septem planetis, & septem præcipuis humani corporis membris respondere: aurum Soli, & cordis; argentum Lunæ, & cerebri; æs, seu cuprum Veneri, & renibus; ferrum Marti, & felli; plumbum Saturni, & Splenii; argentum viuum Mercurii, & puimoni Stannum Ioui, & fecori: sed huc subtilitatis habent, quam veritatis. Illud vero procul omnino a veritate absit, quod quidam dixerunt, metallata omnia accidentiter tantum inter se differre, aliaq; omnia nisi prius eruantur, aut aliter impeditur, in aurum tandem mutari, atque ita unicam esse metalli speciem.

370 Ceterum si quis metallorum divisionem ab Arist. allatam in fusilia, & ductilia, si mulque septem metalli species supra enumeratas, inter quas est argentum viuum, quod nec fusile propriæ, nec ductile est, queri velit, fusilia late accipiat operet, ita, ut ad ea etiam extendantur, quæ in exhalationes calore solui, & rufus frigore in propriam formam reduci possint, quod argento etiam viuo conuenit. Eadem autem ab Aristot. facta metallorum diuisione ita intelligenda est, ut fusilia dicantur illa, quæ faciliter fundi, quam duci, seu percussa dilatari, ductilia vero illa, quæ faciliter duci, seu percussa dilatari, quam fundi possint. Illa autem facilius funduntur, quam ducuntur, quæ sunt magis terrea, ut ferrum, quod licet in mediocrem ignem coniectura facile mollescat, & in omnem formam ducatur, non potest tam in tenuissimas bracteolas duci, ac fundi vehementissimo igne potest. Illa vero faciliter ducuntur, quam funduntur, quæ magis aquæ sunt, sed ita, ut humor Lentorem quandam, & firmam cuncto temperatione obtinat, ut aurum, quod quoniam hac maxime haber, maximè in Laminas, bracteolas, folia, & fila tenuissima ductibile est, post aurum vero argentum, deinde, æs, & ferrum, tum plumbum, & stannum.

371 Materiam horum mistorum recte docet Arist. 3. Meteor. c. vlt. supra certato est exhalationem, & vaporem, exhalationem quidem fossilium, vaporem vero m-

tallorum, intellige ex predominio, nec ab Aristot. sententia differre censendi sunt alijs, qui metallorum materiam a iure esse terram aqua permixtam. Alchimista autem, qui metallorum materiam contendunt esse sulphur, & argentum viuum, audiendi non sunt, locus eorumdem mixtorum generationis destitutus est terra gremium, aliquando quidem prope superficiem, aliquando autem infra quingentos, aut etiam multo plures passus, ut certa profunditas metá sua statui non possit. Forma eorumdem non est anima, neque enim fossilia, aut metallalia villa viuent, sed quæ dicitur forma mixta, efficiens quod sit fatis supra explicatum est, ubi de concursu elementorum ad mixta finis coincidit cum eorum visib; effectibus, & proprietatibus, inter quas omnibus his mixtis conueniens est gravitas ob materiam aquacæ, & terream, que quanto spissior, & compactior est, tanto maiorem habet gravitatem, atque hac causa est, ut aurum sit

inter omnia metallia gravissimum, non omnibus autem his mixtis, sed plerisque conueniens est soliditas ob

secum terreum predominans, sicut quzdam liquida sunt ob humidum aqueum predominans, folis vero metallis copie- niens est, quod simul fint, & fusilia, & ductilia modo, supra explica to ob causas ibidem alle-



*Corpus animatum, &
Anima in Com-
muni.*

Cap. XVII.

372



Cientia de corpore animato comprehedit in Aristotele. decem libros de historia, quatuor de partibus, vnum de incessu, alterum de motu, quinque de generatione item animalium, duos de plantis, tres de anima, & libellus, qui parua naturalia dicuntur. Libri tamen de historia historico feret, ut inscriptio indicat, non autem scientifice modo procedunt, ad altius raman scientificos de animalibus libros disponunt, ac preparant. Sic autem hi de corpore animato libri secundum doctrinam sunt disponunt, vt primo naturali libri de historia. Secundo libri de partibus Tertiò libellus de incessu. Quartò libri de anima. Quintò parua naturalia ad quae pertinet etiam libellus de motu animalium. Sextò libri de Generatione animalium Septimò libri de plantis cuiuscunque sint, itaque secundum doctrinam ordinem prius de corpore animato, tunc organico, quam de anima, cuius est organum, nolis etiam hic breuiter a gendum est. Nō est tamen animus omnia, quae de partibus corporis organici dici possent, & ab anatomis in corpore humano sive tractantur, hic persequi: sed eas tantum eius partes, que maiore aliqua indigere videntur explicatione, brevissime attingere, idque in corpore humano; ex quo, quae de aliorum corporum organicorum partibus dici possent, proportionaliter erunt intelligenda.

373. Corpus igitur organicum dicitur, quod pluribus inter se diversis partibus organi, seu instrumenti rationem habentibus constat: & aliquid ita sumitur, vt includat, aliquid ita, vt non includat animam, vt infra. Nomen autem partis corporis organici, interdum latius accipitur, & significat quidquid aliquo modo seipso compo-

nit huiusmodi corpus, atque ita etiam comprehendit sanguinem, & alios humores, de quib. infra: aliquid vero pressius, & reele definitur corpus toti cohaerens, eoque vita coniunctum ad illius functionem, vnu que comparatum. Et diuiditur in partem homogeneam, seu dissimilarem, vt sunt manus, pes, & nomine tamen partium homogenearum comprehenditur interdum aliquae re uera heterogeneae, quae tamē, quia non valde dissimilibus partibus constant, primo sensuum aspectu videntur homogeneae, cuius modi sunt nerui, venæ, &c. In eo autem a parte distinguitur organum, seu instrumentum, & membrum, quod pars utrolibet dictorum modorum sumpta respicit totum: organum autem, & membrum respicit operationem. Et organum quidem propriam, pars, que operationem aliquam propriam, & integrum edit, sive sit pars homogenea sive heterogenea, membrum verò dicitur tantum pars heterogenea propriam item, & integrum habens operationem: quod quadruplex est, vnu ex solis homogeneis inter se tamen diversis partibus constitutum, ut musculus; alterum ex primis coalescens, ut ducus; tertium ex secundis, vt manus: quartum ex tertiosis, vt brachium.

374. Partes homogeneae magis principales decem numerari solent, ossa, cartilaginea, ligamenta, membranae, villi, caro, vena, arteria, nerui, tendones, quibus cur humores oculi communiter non adnumerantur, infra suo loco exponentur. Ossa totius corporis quasi bases, & fulca sunt, & terream naturam obtinent, multiplicem habentes, primus est ad carnes aliaque moliores partes sustinendas: secundus ad aliquarum partium, & totius corporis conformatioinem, seu figuram: tertius ad motum, in quo pars aliqua stabilis, & immota esse debet, circa quam motus fiat: quartus ad partes quicdam contingendas, & mundandas. Ac maiora quidem ossa cauta sunt, tunc vt ne nimis grauia sint, tum ut medullam, qua nutritur, ampliore cōtineant: minora verò solidia sunt, ne si cauta essent, nimis debilia redderentur: meatus ramen, & cauernulas habent, quibus alimenta suscipiunt. In calidioribus, & fortioribus animalibus duriora, & solidiora sunt, vt in quibusdam animalibus, nullam habere medullam videantur, quia exiguum habent, vt de Leonibus docet Aristoteles. 3. de histor. cap. 7. Atque ut triplices distinguitur in ossibus saltet gran-

3
Etiam de
partibus
principiis
est.

dioribus pars prima, quæ, & media, & præcipua est, & totius ossis nomen obtinet: Secunda, quæ huic videtur ad nasci, & epiphys dicuntur: Tertia, quæ tuberculi instar ex osse procedit, & apophys, seu processus appellatur ita sive sunt singularium visus. De multis in ossium humani corporis, quæ alii 307, aut 317, alii multo plura esse contendunt, certius pronunciabit, qui in certam dixerit, non in omnibus tamen animalibus sunt ossa, sed in quibusdam ossium loco sunt spinæ, in aliis aliud aliquid proportionale.

⁶ 375. Cartilago ossi per quam similis est, ita ut ossium extremitas in cartilagine ferre definere videatur, minus tamen est frigida, secca, & dura quam os. Illius visus primus est ossa, & partes quædam coniungentes secundus faciliorem, fortiorumque motum reddere: tertius prohibet, ne partes tenuiores ossium duritia iadantur: quartus, ut etiam ipsa cedendo, & extimicetur in partem eludendo tueri: quintus ossium munere aliœbi fungi, ut peculiares internum multarum cartilaginum visus, quarum actione auditioni, aliæ odorati, aliæ respirationi, aliæ deglutitioni, aliæ prehensioni, aliæ incessui, &c. inferiuntur, omittantur.

⁶ 376. Ligamentum, seu vinculum, quod quad subtantiat ita se habet ad cartilaginem, ut cartilago ad os, ita est cartilagine mollior, ut cartilago ipsa mollior est os. Eius præcipitus visus est, quem nomen ipsum indicat, ligare, & vinea ossa cartilaginibus, ossa ossibus, & cartilagini cartilaginibus, & consequenter iuware faciliter, firmatatemque motus, quædam eadem partes discrimina, alias continere, & tueri.

⁷ 377. Membrana, seu tunica frigida ite, & secca est, sed lata, & densa, contractionem tamen, & extensionem facile admittens; cuius visus est subditas sibi partes coniunctivæ tunica, interdum etiam panniculi, & telz nomen habet. Præcipitus membrana, seu meningiæ sunt duæ illæ, quibus cerebrum obuelutum altera crassior, & duorū, quæ cranio immoderata subest, & dilatior dura mater altera tenuior, & mollior, quæ cerebrum immoderata complectitur. Si pia mater appellatur, rum illa qua cor continetur, & alia, quæ intestina, & peritonea in vocant. Sed membrana, quæ cum corpore membranolo, hoc est membrane continua, confundenda non est, dupliciter fu-

mitur, vel presé pro specie iam explicata, vel latè, vt est genus sub se complectentes partes quæcumque corporis ad tegendum institutas, & consequenter tum membranam presé dictamq; explicatam, tum cutieulam, & cutim.

Cutieula, seu summa cutis dicitur, quæ teñiutoribus caparum pellucilis similiis subiectam tibi cutim, & simul valuerunt corpus ambit. In keto nondum perfecto non appetit, & densior est quam cutis, unde est, ut humoræ aquei, qui a partibus in terioribus ad exteriores pelluntur, cuticulam aliquando adhaerescant, & in papulas, seu pustulas, & cat, coalescant, eius versus est cutis tegere, ac souere, nimirum sudorem impidere, totumque corpus ornare.

Cutis est, quæ cutieula immediate subest, & rosum item reliquum corpus contingit, substantia inter carneam, & terream media. Et etiam cutis, sicut & cuticula ali quo modo transparens, unde est, ut humor, quibus imbuitur, colores referat, & paleam bilios, nigricent melacholici, rubescant sanguinei, albescant phlegmatici, & prout variè animus gaudio, metu, verecundia, ira, alijsque perturbationibus afficit, ita variè immitteret.

378. Villi, seu fibra ex ilium filamentorum instar frigidæ, seccæ, & solidae, & oblonga sunt, quarum primus, & præcipitus visus est iuware motum tum vitalem cordis, & arteriarum, tum animalem, seu voluntariam, & spontaneum muscularum tum naturalē attractionis, quæ rectis, retentiosis, quæ obliquis, & expulsiosis, quæ transuersis fibris efficitur. Secundus est carnem firmare.

379. Carnis quatuor distinguuntur ge na. Prima est caro presé dicta, quæ sanguinea, ideoque rubicunda, & calida est, eu insimilis est caro muscularis. Secunda est caro viscerum cordis, pulmonis, lecorum, lienis, renum, spinalis medullæ, & quorum omnium caro ~~negligitur~~, hoc est transfusio, seu affusio dicitur, quod ex affuso quasi sanguine coagulatæ videatur. Tertia est caro glandulæ, & mamillarum, &c. Et

Quarta est caro quibusdam partibus peculiaris, quæ proprium nomen non habet, sed carnola substantia dicitur, & villosa infarcit in ventriculo, in intestinis, & alijs partibus. Carnis visus sunt a frigore, & ardo, alijsque extrinsecus incurvantibus at quas partes defendere, animali mollier

Cuticula

Cutis

Villi

Caro

sub-

substerni, inanitates replere, ornatumque addere: carnis vero muscularum, etiam mo^{bi} tui inseruire.

390 Vena, que primo tantum in sensuum aspectu homogenea est, quod de alijs etiam sequentibus partibus, de arteria scilicet, neru, tendone dicendum est, frigida, & secca est, & praeferre communem tunicam, qua singulae partes continguntur, & qua ipsa eriam vbi maximè indiger, quoniam ut propria habet simplicem, & teniem tu- nicanam, qua constat, fistula modo excava- tam, rectis instructam villis ad attrahendum, obliquis ad retinendum, transversis ad propellendum sanguinem in totius corporis alimentum, atque hie est praecipuis venarum usus, quamquam iijdem tributatur etiam aliqua vis perficiendi sanguinem, & venis melenteri vis disponendi chylis quem attrahunt, ad sanguinem.

391 Arteria, que vena vbiique ferre sub sternitur, ciuidate est temporis, & si- guet, cuius venas, sed ab ea differt: tum qd praeferre communem tunicam, qua ipsa etiā vbi magis indiger, tegitur, duas alias ha- bet proprias, alteram externam rectis, & obliquis quibusdam villis constantem, alteram internam quintuplo ferre crassiorem paucis rectis, & obliquis, plurimis vero transversis intextam: tum quod arteria ad spiritum vitalem deferendum est instru- ta: causa est, vt eius interior tunica rāto crassior ad spiritum vitalem melius co- tinendum, & tam multis transversis villis instructa ad faciliorem eiudem transmis- sione, quæ maximè necessaria erat: tum denique quod arteria pulsat, vena no- item, licet Aristot. interdum vena nonem extendens, venam pulsare dicat, sicut alii arteriam neruum pulsatilem appela- lat.

392 Nervus, qui frigidus item, & sic- cus, oblongus, & rotundus est, vt vena, & ar- teria, sed ferre solidus, ad spiritum animalē deferendum in sensu, & mortuus gratiam in statu est. Eius duo distinguantur genera quicunque ad sensum determinatū molliores, & bremores sunt: molliores quidem tum, vt maiorem spiritus animalis copiam ad sensationes necessariam faciliter admittent, & deferent: tum ut facilius, quod ad ierat ones opus erant pati possent: bremo- res vero, ne molles cum sint, si longius pro- cederent, facile rumpentes, aut contun- derentur. Itaque ex anteriore cerebro ad organa tantum sensuum nobiliorum inca-

pite sita, ad oculos scilicet, aures, narres, & linguan peruenient. Qui autem ad mou- re feruntur, duriores sunt, & lōgiore, quippe a medulla spinali per totum corpus di- fusi, sensu amen tacitus omnium maxi- mæ materialis vtriusque generis nervis vi- titur. Constat autem vtrumque nervi gen- nus triplici partes: exteriora, quæ duræ; me- dia, quæ mollii eiusdem cerebri membra- nae; & intima, quæ eiusdem cerebri substan- tia reflexa: vt non immerito nervus par- vum cerebrum à quibusdam appellatur vi- deatur. atque, vt leptem nervorum paria seu coniugationes ex cerebro, ita alias tri- ginta principia, & in quibusdam etiam animalibus plures ex spinali medulla ex- tra cranium prodeunti emergentes numero- rantur, quas meum non puto hic descri- bre.

393 Tendo, sive ex ligamento, & ner- uo constet, sive a ligamento offus tantum carnis permisitione, & vnu differat, quod li- gamentum tantum vinciat, tendo eriam moueat, sive sit diuersus ab utriusque natura: certè a nero magis quam a ligamento differat, & v chorda, quo etiam nomine à quibusdam appellatur, musculo cum ossi- bus, & inter se ossa colligat: atque ut mu- sculus quibus utrinque inseritur ossa que- que ossibus coniuncta sint, moueat, iuuat, & tensus scilicet, & extendit membra, inde tendonis, seu tendinis nomen putatur inue- nisse. Est autem musculus, seu lacertus (ut hoc obiter hic indicetur) pars heteroge- nea, tendone, fibris, carne, venis, arteriis, nervis contexta ad spontaneum motum e- dendum instituta; cuiusmodi partes par- tim similes, partim dissimiles forme in cor- pori humano ab aliis 405, ab aliis 549, nu- merantur: ab aliis non fini causa certò nu- merari non posse dicuntur.

394 Partes vero minus principales sive sanguis, flaua bili, atra bili, pituita, spiri- tus, adeps, medulla, lac, semen, filii, unguis dentes, &c. & excrements.

Sanguis dupliciter sumitur. Primo pro- to illo corpore fluido, quod venis defer- tur, & quatuor primarii humoribus, hoc est sanguine flaua bili, atra bili, & pituita con- stat. Secundò pro humore, qui in prædi- ce quatuor humorum venis contentorum enumeratione sanguinis nomen retinet. Quocūq; autem sumatur natura humidus est, & in corpore calidus: sed primo modo acceptus extra corpus spiritibus, & tenui- bus partibus, quæ evaporant, destitutus

25
Tendo.

16
Corporis
organicas
partes in-
nus prin-
cipales.
17
Sanguis.

frigidus est . & sic intelligendus videtur
Aristoteles secundo de part. Animal. cap.
secundo.

18
F. acu-
bilis.

Flava bilis, calida, & secca est, colore ru-
leo, seca flauescens, vnde, & nomen habet,
interdum tamen admixtione seroq; humidi-
ditatis luteo , & pallido, sapore amaro,
propter nimiam coctionem, & triplex di-
stinguitur . Prima dicitur alimentitia , &
sanguini prior modo superadicto accepta
pars est Secunda dicitur excrementitia na-
turalis , & est illa, quæ a iecore feceruntur
ad folliculum fellis , & hæc vtraque
suo habet vius . Tertia dicitur excre-
mentitia innaturalis , & in vitellinam
porraccam, æruginosam, & cæruleam diui-
nitur .

19
aria
bilis.

Atra bilis, seu melancholia, quæ frigida,
& secca est crassa, & grauis, atri coloris, ex
quo noncum accepti, sapor acris , & acidi,
triplex item distinguitur : quartum prima
dicitur alimentaria , quæ per venas sanguini
ni mista fertur Secunda dicitur excremen-
titia naturalis, quæ ex iecore ad splenem
traiecit, & hæc vtraque ad multa virilis
est . Tertia est excrementitia innaturalis,
qua in multis à Medicis distingui-
tur .

20
Pura.

Pituita frigida humida, & viscosa est,
frigidoque , & humido maximè tempore
abundat, colore albo est, sapore ferè insipido,
ob figus, humoremque nimium, &
imperfectè concectum , quæ item triplex
est . Prima est alimentaria uenüs una cum
sanguine contenta . Secunda innaturalis,
qua in venis ex prima gignitur: & duplex
altera acida, quæ ex prima, modicam,
quo prædicta est, calorem amittente; altera
falla, quæ ex prima putrefacte oritur .
Tertia est excrementitia extra venas , &
principiæ in cerebro , & ventriculo conser-
vens, & a Medicis in multis species distri-
buitur.

21
Pura. di-
temen-
rum en-
humor
ad. ali-
compar-
tit.

395 Reclæ autem dicuntur prædicti
quattuor humores elementis, anni tempore-
bus, astatibus, & regionibus respondere . re-
clæ etiam quattuor temperaturem, seu co-
plexionem, & quatuor prima morborum
genera juxta coldem quattuor humores
constitutur . Non reclæ tamen sanitas, in
sola proportione, seu debita tempore, atque
morbus vero in sola improportione, seu in-
temperie prædictorum humorum consiste-
re dicitur . Est autem sanitas in communii
(vt hic qua de illa nobis dicenda sunt ex-
pediamus) temperatio, & constitutio debi-

ta, & naturalis partium omnium animalis
necessaria ad proprias operationes perfec-
tæ exercendas: morbus vero intempories,
aut cōstitutio indebita, & innaturalis par-
tium, vel partis aliquius eiusdem , qua sit,
vt proprias operationes exercere non pos-
sit, aut non nisi imperfectè possit . Hinc tri-
plex distinguitur morborum genus tem-
peraturem, compositionis, unitatis . Tempe-
rationis morbi pertinent ad partes homo-
genæs, & in viuis, aut duarum primarum
qualitatum super alias excessu, aut defi-
ciētū consistunt . Et sic quatuor distinguan-
tur genera morborum, simplicium ex uni-
us prima qualitatibus excessu, aut defi-
ciētu, & quatuor compostiorum ex duarū
primarum qualitatibus excessu aut defi-
ciētu . Compositionis morbi spectant ad par-
tes heterogeneas, & in quatuor species di-
viduntur; squarum prima pertinet ad figu-
ram, altera ad quantitatem, tertia ad nu-
merum, quarta ad situm membrorum, &
partium homogenearum; in quibus omni-
bus, & singulis, potest esse excessus, aut de-
ficiētū . Unitatis denique morbi in sola con-
tinui dissolutione consistunt, vt in incisio-
ne nerui, fractione ossis, &c Dispositio au-
tem inter sanitatem, & morbum media,
qua in quibusdam neutra dicitur, sub di-
uersa ratione admitti , & rejici po-
tent .

396 Spiritus, de quo hic loquimur, cor-
pus est tenuissimum uapori permisile ,
oculorum ob tutum effugiens, non naturæ
existeat, vt quidam ex Aristot. 2. de Gene-
ratione Animal. c. 13. male deducunt, sed
ex defecato sanguine genitum, ad actiones
vitales corporeas aptissimum instrumen-
tum, & dividit solet in innatum, & in-
fluentem; spiritus innatus, qui etiam infi-
tus, ingenitus, & complanatus dici solet,
appellatur ille, qui in vnaquaque parte vi-
uente in ipsa eius generatione a generante
productus, sine quo pars huiusmodi ani-
mari, & aptum animæ instrumentum esse
non posset . Sed hic potius est calor, quæ spi-
ritus supradictus . Spiritus influens, seu ad
uentitius dicitur, qui a præcipuo aliquo
membro in reliquias corporis partes ad spi-
ritus innati conseruationem, & perfectio-
nem, & ad actionem vitalium exercitationem
affidue influit: atque ad aquatæ diuiditur
in vitalem, & animalem . Vitalis dicitur,
qui in corde gignitur, & ab eius sinistro si-
nu per arterias in totum corpus diffundi-
tur Animalis dicitur, qui in cerebro con-
tinetur,

tinetur, & inde per nervos in totum corpus deducuntur, ut operationibus animalibus hoc est sensibilia, & motus animalium, unde spiritus animalis vocatur, inserviat. Conveniunt autem spiritus vitalis, & animalis, substantia literis, sed differunt accidentaliter: non quod ut ille in corde, ita hic in cerebro, in ratione spiritus generatur; sed quod spiritus animalis nihil aliud sit, quam quadam spiritu vitali portio, qua ad cerebrum delata, & ab ipso refrigerata, arrepta ad operationes animales, quas dixi, aptior redditia, nonum induit nomen spiritus animalis.

Nec prater hos alius daror spiritus naturalis, qui a quibusdam inducitur, & ab hepate diffusus anima vegetativa, quam naturalem appellant, famulari dicuntur.

23
Ad ips.
Medulla. 397 Adips, seu pinguedo, qua nīli aliud est, quam pinguis, & tenuior sanguis ex venis exsudans, & a frigore densatus, in prima fatus formatione non adiit, sed postea accedit, cum major scissit est sanguinis copia, & vbi minus abundat signum est frigiditatem, & causa diuersoris vita, ac sterilitatis. Moderatamen adips, seu pinguedinis, qua duo communiter confunduntur, sicut, & seu, quod ab adips, seu pinguedine in hoc distinguitor, quod ex crassiori, corpulentiorique sanguine generatur in animalibus altera tantum parte dentatis, & cornigeris, multi sunt vii, sed praecipue subiectas partes, & natum calorem, ne evapores tueri, interdum etiam per iædiari cedere in alijs.

24
Medulla. Medulla adips, & lepto astis, duplex est, altera crassior, & alba, qua in osium cauitatis altera liquidor, & sub rubra, qua in coruadum cævulis, sen poris continetur: & utraque ex sanguine, utraque osium est alimento: atque ab utraque valde differt medulla spinalis, qua inter partes præcipias iure censetur.

25
448 398 Lac, quod ab Aristot. quarto de Generatione Animal. cap. 8. recte dicitur sanguis concoctus, non corruptus, ab comedenti ibidem eatenus tantum dicitur excrementum, quatenus animalis, in quo est, superuacuum est, & ex superabundanti alimento genitum, quod idem proportionatiter dictum est de feminis, & sanguine menstruo, cum ab eodem ibidem excre-

menta appellantur. Generatur vero lac in mamillis, ubi sanguis tum glandulosa mamillosa substantia vi, tum cordis præcipue calore concoquitor, & abscessit. Ab illis tantum animalibus ordinariè generatur, qua fatus intra se gignatur, & tunc fecit generari incipit, cum fatus iam formatus est, quod antea sanguis in lac vertendus in fatus formationem absumatur. Interduum ramen etiam virginitas grandioribus, immo, & viris lac prouenit. Tres autem in lacte infusione substantia permixta, butyri magis aere, & pinguis, casei magis terra, & feci magis aqua.

26
448.2. 399 Semen, quod item ex sanguine in proprio organo eodem proportionaliter nō generatur, & abscessit, quo lac, duj licet pars constat, altera crassior, tenuior altera.

27
Pela 400 Pili ex rictoso, & fuligino ultimo concoctionis exercitent formantur; quod dum per cutis spiracula, seu poros a natura extruditur, & a calore liqueatur, longumq; subtile erudit. Colorem diuersum habet, pro humoris prædominantibus, caloris maioris, & natura cutis ipsius diuersitate: atque albedo quicquid ex humore pustulosa, vel caloris defecuta: siue ex humoris item pustulosis paulo magis concecta, & calore moderato: rufedo ex humoris iunctio, & calore paulo vehementiori integrando ex humoris melancholico, aut calore adidente ortum habet. recte sunt propriæ rectitudinem pororum, aut humoris nimiam duritatem, aut defectum caloris: videntes vero, aut crespi proper obliquitatem pororum, sed præcipue propter calorum aduentem: rigidum autem, aut molles iuxta maiorem, aut minorem calorem, & iuxta humoris, & cutis duritatem, aut molitatem. Vsi sunt omnes in exhaustienda materia extremata: quidam etiam ad tute lanam.

28
Anguis p.
Antra p.
448. Vngues dentes, & in quibusdam animalibus vngulae, & cornua, in alijs eructa, in alijs rostrum, & penia, in pisticibus squamae, & pinnæ, ex crassioribus materia excrementaria partibus efficiuntur: & cum varietatem per magnatum vñus habent omnibus manifestos.

29
448. 401 Excrementa alia sunt primæ cœcitionis, qua sit in ventriculo, sive pista aliqua, & crassiores feces, qua ex chylō in

intestinis separantur, tenuiori, & priuori chyl parte in eis adtraeta: alia secunda concoctionis, quae sit in iecore, nem pro sero humida, quae ex iecore ad renes, & inde ad vrinam vesicam fertur: itemque flava bilis, quae ad folliculum felis, & atra, quae ad splenem deuenitur: alia tercias concoctionis, que fit ubi sanguis, vel per venarum poros, ex sudans, vel per extremitates venarum, quae vpiillares dicuntur, elabens, in partium vniuersitatem poros attractus concrescit, illius; paulatim agglutinatur, & per substantiale in connexione in assimilatur: cuiusmodi extremitas sunt, tum pilae vngues, & alia cum ipsis supra enumerata sum vapores, qui per cutis poros exhalant, & sudores, qui naturaliter per cutis effluunt ex aquosa sanguinis partes tum alia quae per anales, oculos, aliasque corporis partes erumpunt. Tamen, quae ex eis rebro effluit, tum ex p. m., tum ex secunda, & tercia concoctione delatis ad cerebrum fumis, vaporibusque generari possent.

403 Aliorum corporis organici, hoc est anima quasi domiciliu parvum, heterogenearum scilicet, quae in caput, thoracem, ventrem, & artus, quibus brachia, & manus, crura, & pedes continentur, comedere dividuntur, explicatione, partium anatominicis reliqua, partim etiam infra suis locis, subcubi opus erit, quatum opus erit indicata, ad animam ipsius contemplationem accedamus. De anima scripti, & inscripti sunt celeberrimi Aristoteles libri, quorum subiectum attributionis, cem ali corpus animatum in communione, alij animatum in communione, tum in particulari secundum suas species esse velut, ita coccili postulant, ut viri quae sub diversa ratio rebus sentiant, modo autores prima sententia loquuntur de subiecto attributionis eorum librorum adiquato sumpto suppositione simplici, non autem absolute: autores vero posterioris sententia loquuntur de subiecto attributionis, eorum librorum adiquato, sumpto suppositione absolute non omnes cum uno species anima, atque, sed tantum uegetativam, sensitivam, & rationalem.

403 Et si autem omnis anima sit vita, & omne animatum sit viuens, non tamen est conuerso, omnis uita est anima, nec omnis viuens est animatum. Anima propriè dicitur id, quo animata primò, & præcipue diffrerunt ab inanimatis, vel ut loquitur s. Th.

p. p. q. 75. art. 1. primum principium vitæ in ijs, quæ apud nos viuant. Animatum vero dicitur compositum ex corpore, & anima. Vita proprie, & presé dicitur principium primum, & consequenter substantiale operationum vitalium, quæ ex 2. de Anima t. 13. sunt quadruplicis generis, primum est intelligentia, sub quo comprehenditur etiam velle: secundum sentire: tertium mouere se motu locali: quartum vti alimento (intelligere propriè dictum) latius, & minus propriè sumit interdum vitæ nomen pro ipsius operationibus vitalibus, interdum pro duratione, & permanentia principii operationis vitalium, quod sit in anima, in corpore: interdum etiam pro principio extrinseco dante, aut conseruante vitam quoque ex prædictis modis sumptam. Viuens autem in tota sua amplitudine dicitur, quod habet vitam, & complectitur sub se plantas, animalia, Angelos, & Deum. Quod si vita sit anima, erit viuens premissus acceptum, quod in predicamento substantiae post substatiam, & corpus collocatur, & nihil aliud est, quam corpus animatum. Solent vero animata, & viuentia omnia ab inanimatis, & non viuentibus co communiter distingui: quod animata, & viuentia postulant non esse plena animata, & non viuentia non esse item. Sed ut hoc discrimen verum sit, ita non intelligendum est, ut animata, & viuentia in suo statu naturali constituta possint mouere se ipsi ad suum borum, & quidem motu latissime sumpto, ut comprehendit sub se quamcumque etiam operationem immannentem, quam res in suo statu naturali constituta elicere possit; huc huiusmodi opera distinguunt realiter, seu a parte rei a potentia, & primo principio, seu vita substantialis sumpto, a qua elicuntur, huc non distinguunt realiter, seu a parte rei, sed formaliter, seu virtualiter tantum.

404 Ex Aristotele. 2. de anima quinque colliguntur animæ definitiones. Prima ex tex. 4. anima est substantia sicut forma corporis naturalis potentia vitam habentis. Secunda ex tex. 6. anima est actus primus corporis naturalis potentia vitam habentis, cui definitioni aliqui addunt etiam verba sequentia, tale autem quod utique sit instrumentale, quæ recte, nec ne addantur, infra patet. Tertia ex tex. 7. anima est primus actus corporis naturalis instrumen-

30
Z. 10. oratio
de anima
habitu

31
Animas
O anima
sensitiva
O nihili

32
animata
potio.

talis.

talis. Quarta ex *tex. 18* anima est principium vegetandi, sentiendi, cogitandi, & mouendi. Quinta ex *tex. 4* anima est id, quo vivimus, & sentimus, & mouemus, & intellegimus primò. Atque in tribus primis, que tamen ad unam reducuntur explicatur. Et ratio anima in communione duab. autem postremis, quae item ad unam reuocatur, explicantur rationes propriez animarum aliquo modo in particulari. In prima agitur definitione anima dicitur *forma Graec. ἡ ψυχή, seu actus, Graec. η τέλος, et τινα* quarum vocum priore visus est. At illo *tex. 4*, posteriori sequentibus, non sine causa, sed quia videt, vocem *τέλος, τις, τινα*, quae propriè significat perfectionem, seu complementum intrinsecum rei, aptiori esse ad exprimendam naturam animalium, que est perfectio, & complementum intrinsecum, & elementale animalium, quam vocem *ψυχή*, que à veteribus virospatibus etiam ad significandas formas abstractas, & ideas, que sunt ideato extrinsecæ, absolute tamen et forme nomen anima conuenit. Dicitur deinde (*primum*) ut significetur, animam non est se actum secundum, qui est operatio, sed primùm simpliciter, qui est substantia, unde tanquam à primo principio, & radice prouenient actus secundus, seu operatio. Denique dicitur (*corporis naturalis potentia vitam habentis, vel organici, seu instrumentalis*) ut intelligatur, animam non esse actum primum quevis, sed talem, qui sit actus corporis naturalis, &c. particula tamens (*naturalis*) non est simpliciter necessaria, licet faciat ad maiorem aliquam explicationem, particula vero (*potentia vitam habentis*) tripliciter sumi potest: Primo pro corpore ultimo disposito ad formam, que fit vita substantialis, hoc est principium, & radix prima operationum vitalium, quem tamen nondum habeat: secundo pro corpore habente actum vitam substantialiem, & ultimo disposito ad uitam accidentalem, seu operationem vitaliem, que tamen nondum habeat: tertio pro corpore habente actionem utitam tum substantialiem, tum accidentalem, & consequenter potentiam ad vitam, non tamen priuata a suo acto. Et istud tribus ac principiis, duobus prioribus modis sumerit am potest particula (*organicus, seu instrumentalis*) quod quid sit supra dictum est, melius tamen sumitur secundo modo. Vt alibet autem praedictarum particularum, hoc est (*potentia vitam habentis*) vel (*organicus, seu instrumentalis*) suffi-

cit ad definitionem, que non solum bona, sed essentialis est, modo particula (*primus*) sumatur specificatiæ; nec negandum est per secundam probari aliquo modo principium.

405 In qua, quod dicitur animam esse actum primum corporis organici, ita intellegendum est; vt omnis anima sit secundum suam substantialiam actus totius corporis organici, seu omnium partium exercentium aliquam operationem vitaliæ, non autem aliquis tantum determinata pars: licet nullæ anima sit in singulis corporis organi ci partibus secundum omnes suas operationes, secundum id, quod dicunt ex parte corporis, nec in omnibus aquæ primò operantur, sed sit alia pars precipua, a qua certe pendent in operando; & in hoc sensu dici possit, animam residere precipiū in aqua determinata parte. Dixi supra, seu omnium partium exercentium aliquam operationem vitaliæ, quia alia sunt anima non est actus, & consequenter alia non sunt animata. Ac partes quidem principales super enumeratae, hoc est ossa, cartilagi nes, ligamenta, membrana, fibra, caro, ve na, arteria, nervi, & tendones sunt animatae. Ossa tamen, quorum nomine hic dentes non comprehendimus, non sentiunt. Inter cartilagines quedam tantum, ut palpebra rum, inter ligamenta etiam, quia dampnatum, ut frenum lingue sentiunt, praedita videatur. Inter membranas cutis sentiunt, cuticula nec sentiunt, nec viunt. Inter carnes cerebrum, & cere etiam, hepatis, lienem, pulmones sentiuntur. Venæ, & arteriae exilius sentiuntur. Omnes, licet alii mororij, alii sensorijs potius sint, & tendentes pleni, & exquisitius sentiunt. Inter partes autem minus principales, nec sanguis, aliive humores, aut spiritus, nec adeps, nec medulla, nec excepta spinali, nec lac, aut semen vel femen (nam feme men plantarunt quamdiu ijs coheret), viuit non vt femen, sed vt fructus) nec priuati, aut vngues animantur. Idem sat is certum videtur de vngulis, cornibus, rostris, crusculis animalium quorundam, & squamis piscium. De dentibus incerta res videtur probabile tamen est eos viuire, sed non sentire: sicut etiam probabile est eos ab oīibus specie noui diffire, licet ob quedam discrimina ossium, numero sapienter non comprehendantur. Autum quoque pennas, & piscium pinnas satis probable videtur viuire. Excrementa denique non viuere certum est.

33
Quomo -
de anima
per aliis
partes con-
gan et.

34
Quaero -
de anima
et quae
conca -
mata.

35
Cordis
principia.
tus.

406 Inter omnes autem animalis perfecti partes, quorum anima est actus, cor absoluē loquendo principatum obtinet. Quod tamen dici solet, cor primum omnium partium formari, non ita intelligentum est, quia cordis formatio penitus absolnatur antequam reliqua membra incohentur: sed ita ut primum incoheret ex Arist. & aliorum autoritate, quamvis neque hoc fatus certum sit, & valde probable videatur, cor, hepatis, & cerebrum in tribus illis bullis, quae primis conceptionis diebus in genitura obseruantur, immo, & reliquas salem precipiūs partes in filamentis, que per eosdem dies simil cum bullis illis apparent, initium sicut capere; tamen si improbabile non sit prius perfici cor, quam alias partes. Quod item dicitur, cor primā vivere, & ultimum mori, non ita accipiem dum eis quas cor aliquando soluit, ab anima informetur, cum reliqua membra nondum, aut non a nūlijs informantur: sed ita ut cor primum vivat vita accidentali, id est vitaliter operetur. quod manifestū est de operationibus animalis, quae sunt dependentia a spiritibus in eius corde geniti, vt sunt omnes operationes sicut paulo postea in editis: de operationibus autem suis in vterō ita confit, ut uerū sit, & si non sit improbable post animationē illud propter excellentem calorem primum omnium incipere in se consertere alimentum, & nutriti, atque angeris: ultimum moriar morte opposita vita accidentali predicta, id est definit vitaliter operari.

36:
Partes
corporis
organici
qualia.

37
Forma
substan-
tiales par-
tiales.

407 Delibent autem partes omnes corporis organici, cuius anima est actus, esse mixta, & continent inter se ratione materiali, sicut etiam ex aliqua parte quedam etiam heterogenea substantialiter, ita ut quamvis in nullo composito substantiali, & consequenter nec in animato tot dentur forma substantialis, quot sunt predicata illius essentialis, quorum uniuersumque sumatur ab una forma substantiali distincta ab aliis in composite tamen animato praeter animam, quae est forma totalis, seu informans subiectum totale, dentur etiam aliae forme substantialies particulares essentialiter inter se diuerse, cuiusmodi sunt forma carnis, forma ossis, &c. Non tamen anima ipsa in partibus corporis heterogenea est heterogenea, sed unus, eiusdemque rationis essentialis, quamvis aliquam diuersitatem accidentalem, non eius-

dem tamen in omnibus animabus rationis possit admittere.

408 Eadem anima in communione metit re & dividitur in vegetativam, sensitivam, & rationalem: re & tamen etiam, & in plura, & in pauciora membra diuidi possit. Nec in vno, eodemque animato datur simil, aut successiuē plusquam vna anima. Atque ut omnis anima materialis, seu educta de potentia materiz est divisibilis, tamen si non semper ita, ut partes diuisit diu supersesse possint, ut in infectis: ita anima rationalis est indivisibilis, & tota in toto corpore, & tota in qualibet eius parte vivente.

409 Potentia animæ in communione sumptu pro omni eo, sine quo anima non potest exire in actu secundum distinctionem, includens ab inclusio, & sumptu autem pro eo praeceps, quod dicunt in anima, nec inter se, nec ab anima distinguuntur, nisi formaliter, seu virtualiter: specificantur uestes, seu essentialiter constitutuntur, & distinguuntur in immediate per ordinem ad actus, mediate per ordinem ad obiecta, non tamen per accidentia, aut materialia, sed per se, & formalia, & quidem non inadiquata, sed adequata, si sermo sit de potentia: non inadiquata, sed adequate sumptus. Illud autem de obiectum per se formale, & adequato alienum potest, quod est per se attingibile ab actu. Illius potentia, & medio actu a potentia, seu quod est per se terminatiuum actu illius potentia, & medio a qua potentia, ita ut in illud totum actu illius potest, & medio actu potentia ferri possit, extra illud non possit. Verum illa ratio secundum quod obiectum df per se attingibile, seu terminatiuum modo dicto, v.g. ratio colorati, & lucidi, quae est per se attingibili a visione, & media visione a potentia visiva, seu terminatiua visionis, & media visione potentia visiva modo dicto, sumi potest duplicitate. Primum df ratio colorati, & lucidi est: & haec ratio licet possit dici formalis, quatenus illam formaliter attingit, per ordinem ad illam a flingitur potentia visiva a multis alijs potestis, quae rōne colorati, & lucidi formaliter attingere non possunt in ratio formalis, quae non sub qua, & consequenter per ordinem ad illam non distinguuntur potentia visiva ab omnibus aliis. Secundo, ut ratio per se attingibili, seu terminatiua potentia visiva modo dicto, & sic est rō formalis sub qua, seu per ordinem ad quod distinguuntur

poten-

38
Animales
divisibili
39
Eadem
in nosam
majo. nro
tatu. "

40
Eadem
divisibili
41 v. C. 10
d. n. sciblo
41
42
Potentia
ratio anima
ma. diffini
ctio.

43
Eadem
specifia
10.

potentia visua ab omnibus aliis. Idemque proportionatiter dico de aliis.

410 Hinc recte deducas, nec potentias animae vegetatiæ in nobis esse ciuidem speciei, cum potentiss, animæ vegetatiæ in plantis, aut brutis, nec potentias sensitivæ cum sensitiviæ in brutis. Idemque recte consequenter inferas de actibus harum potentiarum in homine immanentibus pressè dictis comparatis cum actibus immanentibus preisæ dictis earundem potentiarum in brutis, si huiusmodi actus sumuntur secundum id præcisè, quod dicunt in anima: si autem sermo sit, vel de actibus earundem potentiarum simillimanibus pressè dictis sumpitus secundum id, quod dicunt, seu supponunt in corpore, vel de actibus immanentibus latè dictis, vel denique de actibus transseuntibus spectatis non formaliter, vt sunt a tali, vel tali potentia, sed materialiter,

vt

res quedam sunt, aliqui sunt eiudem, aliqui diuerxæ spe cie in nobis, & in alijs animatis. Denique actus potentiæ

or-

ganicarum, si quidem sint immanentibus pressè dicti, cuiusmodi sunt sensitio nes omnes sumpitæ for maliter, recipiuntur in anima, si immanentes latè dicti, recipiantur in corpore.



Anima vegetativa.

Cap. XVIII.

*Anima
vegetati
va defini
tie.*



Nima vegetativa recte ab Aristotele definita est de Anima. tex. 48 illis verbis. Quare huiusmodi animæ principium potentia est talis, ut ceteri uet habent ipsam, secundum quod est huiusmodi. In qua definitione per animæ principium, hoc est animam omnium primam, intelligit animam vegetatiæ, quam expresse appellat pri main tex. 34 quod tamen non ita intelligit dum est, quam anima vegetativa secundum suam substantiam præcedat sensitivam, & rationalem: sed ita ut præcedat secundum operationes. Ait deinde illam esse potentiam, quo nomine illam appellat etiam texu proxime citato: quia considerat illam noui præcisè, ut dat corpori esse animatum, sed ut dat illi tale esse, quod sit principium operationum vitalium, quæ in animato anima vegetativa cernuntur. Et hanc potentiam docet esse talem ut ceteri habent ipsam, id est animatum, quatenus huiusmodi, id est quatenus animatum: quod facit anima vegetativa per nutritiōnem, per quam alumentum in substantiam animati convertens, ciuidemque substantiae partes deperditas reparans, ut infra, illud conferat. Clarius anima vegetativa, definiri potest, quæ est principium primæ nutritionis, & augmentationis.

412 Huius animæ tres communiter, & recte distinguuntur potentiaz principales, nutritiua, augmentatiua, & generatiua: mo tamen sumatur, non ut anima vegetativa præcisè est, sed secundum omnem gradū, quem dicit supra species infimæ, ut sapere sumi solet: quatuor vero ministrates, quæ illi, ut anima vegetativa præcisè est, coe niunt, attractiua, quæ prater alia ex parte corporis includit etiam qualitatem singulis partibus infimam, qua alimentum in intimo partis alendz poros attrahatur, retentiua, concoctiua, & expulsiua. ad quas aliz omnes ministrantes, que pratera distinguui possunt, reuocantur.

*Huiusdem
potentia
principales
sunt.*

Poten-

*Parientia
vitaria.*

Porentia autem, quæ a Medicis vitalis dicitur, quod ad vitam conseruandam ordinatur, non est distincta a potentia conſeruatrice, & distributrice spirituum, quibus pulsus cordis, arteriarum, & cerebri efficitur, & potentia motiva aliorum membrorum, cuius ad respirationem concurreunt: ac proinde non est vna potentia in corde reſidens, cuius actus fuit conſeratio, & distributio spirituum, pulsus cordis, arteriarum, & cerebri & respiratio, sed multiplex: tantumque abeat, ut inter praecipuas animæ vegetative potestias numeranda sit, & nec pertinet ad animam vegetativam, ut vegetativa est: sed tamen ad vegetativam talen, hoc est nobiliorum, quam sit anima plantarum & identificata cum anima sensitiva non quacunque, sed perfectiore, aut etiam cum rationali: & consequenter non in intellectu tantum operationibus animæ vegetativa, quam cum identificata, hoc est nutritioni, & sed etiam sensationibus, motui locali, & in nobis etiam intellectioni, &c.

Princip.

413 Sed locus potius, vt de pulsu, & respiratione, quorum facta mentio est, aliiquid dicatur. Pulsus dicitur duplex motus sive cordis, tum arteriarum, tum etiam cerebri in prioribus finibus, & non nihil in medio, quorum unus dicitur diaſtole, seu dilatatio, & elevatio, alter sifole, seu conſtrictio, & depreſſio. cuius causa eficiens non est potentia vitalis supra refutata, sed principalis quidem est anima, instrumenta lis autem elevationis quidem est spiritus vitalis, qui nativo rarefactis, & intumescens elevat, & dilatat cor, arterias, & cerebrum in ijs, quos dixi finibus: depreſſio nis autem, motus ipse cordis, arteriarum, & cerebri ad suum statum, & suum natura leni redreuantem, ac proinde inclusum spiritum addens tantum, & restringentem perpetua quadam viceſtudine. Talis autem est intercordis, & arteriarum pulsus conſensio, vt dum cor deprimitur, & consequenter finis illius sinus orificio, quo spiritus vitalis in arterias effunditur, aperitur, arteria eleuentur, ad quod etiam moles ipsa, & copia spiritus influens aliquid, præterea prope cor, conseruit: contra dum cor eleuantur, & orificio illud occcluduntur, arterie concidunt, seque ad suum statum, & suum naturaleum reducant. Falsum tamē est dilatato corde spiritum in arteriis contenit, reverti in cor, comprefeo vero relabi in arterias. Falso in etiam spiritum nutriti aere, nec probabile videtur aere sensibili.

li vlo ductu in cor ingredi, aut vlos ex corde fumofos, fuliginosisque vapores vna cum aere rejeicendos generari. Finis pulsus quod ad motum dilatationis attinet, in cor de eſt, spiritus vitalis in arterias effusio: in arteris, & cerebro est tunc noui spiritus fabricior admixio, tum spiritus ipsius melior conſeruatio, & in corpus partim per valvorum poros, partim per arteriarum capillarum extremitates, diffusio. Est autem pulsus motus omnino naturalis, non voluntarius.

*Respir.
iii.*

414 Respiratione dicitur motus item duplex ex inspiratione, qua accipitur aer, & expiratione, qua redditur, conflans. In eo autē respiratione, quam Graciā $\alpha\pi\tau\omega\lambda\omega$ vocant, a perspiratione, seu transpiratione, quam iudem $\beta\alpha\pi\tau\omega\lambda\omega$ appellant, distinguuntur, quod illa sit, cum aer per os, aut narē, hac cum per corporis poros admittitur, & emititur: Ac respiratione quidem ea indigent animalia, quorum vehementer: perpiratione autem quadam contenta sunt, quorum languor est calor. Efficientes respirationis causa principalis est anima, insitumentalis multa cōplicetūt, præcipue pulmones, qui spiritu inflati a pera arteria ramis, quibus levant, deducunt, & aere ad impedendum vacuum attrahunt, rufusq[ue] ad statum, & siūm siūm naturalem redentes, attractum aereum extendunt, vtrumque motu diaphragmatique quoque adiuvent. Finis respirationis est refrigeratio caloris præsertim cordis ad calorem ipsum, vitamque conseruandam necessariam. Est autem respiratione motus partim naturalis, partim voluntarius, quatenus pro arbitrio variari potest, neque illud hic inter pulsum, & respirationem differunt tacendum est: quod in fato, dum ahuc matris vtero cōiuetur, pulsus aliquis est, saltē in arteriis, & si non spiritu genito in corde fatus ipsius, qui non nisi paulo postq[ue] est editus, spiritu in corde gignit: sed a matre per umbilicales arterias accepto. Respiratione omnino nulla est.

*Parientia
vitaria ob
iecta, seu
alimentaria*

415 Sed vt ad animæ vegetative potestias reveruantur, earum omnium obiectum, sub diversa tamen ratione, est alimentum. quod vi substantia in partem viventis conseruenda, ad nutritiūm: vt quanquod viventi additum reddit illud maius, ad augmentatiūm: vt materia denique seminis, ad generatiūm pertinet. Sed preſe sun prom, vt ad solam nutritiūm spectat, recte definiuntur esse, quod potest in viventiſ ſubstantiam ab ipſo et vivente conuer-

ti,

ti, eiusdemque partes substanciales deper-
tita: restaurare. Et sic sumptum alimen-
tum est cuiusmodi, ut eo vietia omnia, que
sunt animata, & mortalia indigent, & ne-
cessario debet esse substantia, non tamen
plex, & parum elementum, sed aliquo tan-
dem modo perfecte, aut imperfecte mi-
stum. non quodlibet tamem mistum po-
test esse alimentum, sed illud tantum, cu-
ius qualitates a viventis qualitatibus vinci-
& substantia in viventis substanciali
transmutari possit, cuiusmodi auri etiam
aliquid in peregrina ramenta, & pulve-
res redactum posse esse verisimile est.
Nec repugnat idem respectu diversorum
similis esse venenum, alimentum, & me-
dicamentum: nec animal alimentum, alia,
quam per os, via, accepto, ad aliquod tem-
pus sustentari. Ac si et solus sanguis sum-
pus pro tota massa venis contenta prima-
rio ordinatio sit a natura ad nutriendum:
non tamen folius sanguis sive sumpus, vt
dictum est, sine sumptu, ut ab aliis tribus
primaris humoribus in predicta massa
permixta distinguuntur, et nutrimentum
omnium partium animalium sanguineo-
rum.

⁹
Sanguinis
generis
Generis
stem: &
arteriarum
& nervi-
rum origo.

416. Praeclaram potentiam nutritiæ or-
ganum in animalibus sanguinis non recte
statuit esse illud, quod est organum ge-
nerandi sanguinis: neq; hoc recte illud es-
se dicitur, quod est principium venarum
per quas sanguis defertur. Generat igitur
sanguis venosus in hepatæ, sed a corde
perficitur. Vene tamen neque ab hepatæ, ne
que a corde, neq; ab ulla alia corporis par-
tes dicunt primam originem tamquam à
materia ex qua, aut ab efficiente: licet re-
cte dicatur habere principium, non qui-
dem primæ originis, seu formationis, sed
perfectionis a corde, tamen ab efficiente, tū-
tv a fine: recte etiam vene, que sanguine ex
hepatæ ad alias corporis partes deferrunt, di-
ci possint oriri ex hepatæ, ut ex termino à
quo, sicut illæ, que chylum ex ventriculo,
& intestinis ad hepar deferunt, dici possint
oriri ex illis partibus, ut item à termino à
quo: Si quæ autem sint, quæ, & chylum ad
hepar, & sanguinem ex hepatæ ad alias par-
tes deferrant, non potius hinc, quam inde,
sed sub diversa ratione, & hinc, & inde, ut a
termino a quo, dici possint originem duce-
re. Atque hoc idem, quod de venis dictum
est, intelligi proportioniter debet de ar-
teriis, quæ a corde, & nervis, qui a cerebro,
aut corde oriri dici solet. Praecipuum au-

tem potentiam nutritiæ organum, si quod
assignandum sit, cor potius, quam hepar, &
liude membrum assignandum est.

417. Verum non potest potentia nutritiæ
ua per villum organum in alimentum age-
re, nisi illud habeat præsens, ad quod ordi-
nator est fames, & sitis, quib; vienes ad que-
rendum alimentum incitatur. Fames recte
ab Aris. s. de Anima. tex. 28. definitur ap-
petitus calidi, & seci: Siquidem calor natura-
lis qui ad cibum in ventriculo concoquen-
dū ab oib circoppositis ventriculo partibus
concurrit, cū nō habet cibū, in eū agat, in
ipsum ventriculū agit, illuc cibi qualitatib;
bus minime tēperat, ac pēcipie illius os,
vehementer calefacit, exsiccat, astrigat, &
corragat: vnde tristis illa oritur tensio, seu
molestia, & dolor, quo famelici vexantur
ad quæ tñ illud est concurrit, qd venerabilis
cibo, & chyllo vacui partes in le cōsidat, &
constringuntur, & a venis chylis exsurgentib;
conveniuntur, ex predicto aut̄ dolore cōfē-
quit cibi, qui moderate calidus, et secus
est dē, appetitus, in quo cōstitutus fames na-
turalis, de qua Aris. loquitur ppterq; alia
quatuor dilinguuntur fames innaturales
quarū prima df fames imaginaria, seu gu-
losa, q̄ non est appetitus alimenti, sed lapo-
ris. Sed & df fames artificialis, q̄ est appeti-
tus ortus ex edulis acetosis, que tua acu-
monia ventriculū mordicantes, molit, ita illud
afficiunt, & incitant ad appetitū cibi,
quo hm̄ molestia fedetur: & df artificia-
lis, quia imitatur naturalem, vt ars naturalis.
Tertia df canina, & vulgo lupa transla-
to a voracissimis animalibus nomine, qua
quis sp̄ feret cibū vehementer appetit: sive
ob humorē malignum vehementer acidū
ventriculo tenaciter adhærent, enq; villicā
te atq; adstringente: sive ob debilitatem vir-
tutis retentivæ secundū dispositionē, q̄ re-
quirit ex parte ventriculi: sive ob laxitatē
& humiditatem fundi ventriculi, & omnium
intestinorum: sive ob nimium calore in ali-
mentum breui tempore spatio resoluentur.
Quarta df pica, seu malacia, & est appeti-
tus prau, ac vitiosi cibi ortus ex prauis, &
vitiosi humorib; qui ventriculū tunicis in
fidentes, eiſque longa adhäsione suas qua-
litates communicantes ad similiā praua,
& uitiosa appetenda excitat: qua fame pe-
culiaris rōne fī minaz grauidat ob corruptio-
rum measuroru redundanciā ad scđm pre-
cipue, tertiu menseri vexari solent. Est
aut̄ fames formaliter quidē sumpta, ut ap-
petitus, in animali, cavaliiter vero sumpta,

⁷
Fames

vt tritii quādam ſenſio, in eadē anima, ve caſeſano, exſiccatio, adſtricatio, corrugatio, vel ſatatio in ventriculo.

418 Sicis ab eodem Aristotle ibidem recte definit appetitus humidi, & frigidi. Per humidum autem intelligentum est humidum poculentum, auxile, & roſcidum, ad differentiam alterius, quod dicitur humidum eſculentum, confitens, & ſolidum: de per frigidū moderate frigidū. Non eſt tamen ſitis appetitus humidus, & frigidus codē modo, ſed primarij humidus, ſecundarij frigidus. Ac licet ad cibi atractionem, tranſiſionem, liquationem, permifionem, & concoctionem, atque ad ſecretionem, & extractionem veriſorum chyli partium ad hepar deferendarum, magis confeſter humidum calidum, quam humidum frigidum: ad ſiccatiſ tamē membrorum temperationem, & ad refri- gerationem viſcerum, aliarumque corporis partium, magis conduce humidum frigidum, quam humidum calidum. Diftin- guitur autem etiam ſitis in naturalem iā diſtiliam, & innatūram, quā duplex eſt, altera gulosa, per quam ſolis ſapori in po- tu appetiſtur. Altera morbo ex variis or- morbi, de quibus mediciſ. Atque ut ſor- maliter appetitus, & caſaliter, ſenſatio quēdā eſt, etiam ipſa eſt in anima: ſecun- dum materialē tamē, quid dicit in corpo- re, hoc eſt ſecundūm caſeſationem, exſi- cationem, contractionemque partium non eſt tantum in ventriculo, ſed etiam in oeo- phago, ſauiebus, paſato, lingua, aliisq., oris partibus, immo, & in priuimibus. Ex qui- bus, facili intellegiſ, cur diſſiliſ ſitum, quam ſamē feramus: Cur timentes, & tor- menta ſubiuri, & Epiaſ, morbo ſcileſet frigido, laboranteſ, & hydroſiſ ſitiant. Cur pueri magis famem, quam ſitum ſenſitati, iuuenes plus ſitiant, quam pueriſe- nes ferē plus quam iuuenes ſitiant: Cur a- qua magis, quam vīnum prefertim ge- nerofum ſitum extinguit: Cur ſitum in fe- bri aliquando potu ſedetur, aliquando ſe- curs, &c.

419 Actus potentiz nutritiue eſt nu- triſio preſſe, & proprie dicta, duplex enim eſt nutritio, altera late, & impripiet dicta que nihil aliud eſt, quam actio, quæ agens inanimatum producens ſibi ſimile, illud- que ſibi continuans confeſteratur: que mo- do ignis nutriti dicitur ex ligno, aliaue ma- teria, quam in ignem concurrit, eam ſibi adiungendo: altera preſſe, & proprie di-

cta, que ut concomitanter ſub una ratio- ne eft mutatio, ſub alia paſſio: ita formali- ter eft actio, qua viuens aliumentum intra ſe ſuceptum, concoctum, diſtributum, & fi bi agglutinatum, in ſuam ſubſtantiam co- uerit, & partes cuiudem ſue ſubſtantiae de perditas reparat. quā mox abſtrahendo e- tiam ab hac reparatione conſequente, ad ea- qua nutritionis eſſentia conſtitut, que ta- men neceſſariō attingit etiam animam, ut vniuit materię. Ad eam multa requiriſt praecedentes actiones, ſed inſigniores in ani- malibus perfeciſ ſunt octo. Prima in ore vbi cibus atteritur. Secunda in oesophago, ſeu gula, quo cibus motu lingua decretus in ventriculum trahitur. Tertia in ventri- culo, vbi cibus concoctur, & in chylum conuerit. Quarta in intiſtinis, in quibus puriores chyli partes a crassioribus, & faci- bus ſeparantur: ſex autem in iestina numerantur, cum in ventriculo tamē, & inter ſe uno duclu continuo, exortu, ſeu duodenū, ieiunū, ileon, cæcum, colon, & rectum, ſeu alijs ex quibus tria priora, quo graci- liora ſunt, maiorem chyli partem, tria po- ſteriora, quæ crassiora ſunt, facies ferē tan- tū conuent. Quinta in venis meſaracis, ſeu meſenteracis, per quas tenuiores, & pri- ores chyli partes ad hepar feruntur. Sexta in hepare, ubi ex prædictis chyli parti- gignit ſanguis, ut ſupra diſtiuit eſt. Septi- ma in trunco, & ramis veniæ cauæ, in quib. ſanguis ſpirituuum vitalium in corde, & ar- teriis conuentorū calore magis etiam p- ficitur. Octaua in extremitatib. uenarum, quæ dicuntur capellares, & ad poros mem- brorum, ubi ex ſanguine fluit, quo dicu- tur ſecunde humiditates, & quatuor diſtin- giuntur: quarum prima ſanguinis rubore in candore uertens communem ſecundū, hu- miditatē retinet, ſomen, altera ros, tertia cambium, ultima gluten appellatur. Ex hiſ tamē octo, duæ tantum ſunt mutatio- nes ſubſtantiale: una, quo in ventriculo, al- tera quo in hepare ſit, quibus accedit in membrorum poris (qui licet ſenſibiles nō ſint, negari tamē non poſſunt) tertia, quo eſt ipſa nutritio.

420 Altera ex principaliſtis animaꝝ ve- geratiuſ potentiis eft augmentatiua, de cu- bis obiecto, & organis, quæ dici poſſunt, ex diſtis de obiecto, & organis potentiis nutri- tiuſ parent. Eius actus eft augmentatio- preſſe, & proprie dicta; duplex enim eft augmentatio, altera dicta, & impripiet dicta, que nihil aliud eſt quam additio rei

30
Potentia,
augmen-
tativa,
augmen-
tatio,

quante

quantitate inanimate praesertim si sit eiusdem rationis cum illa, cui additur: quo modo aquam alia addita aqua augeri dicimus: al tera prese, & proprie dicta, quæ non fecus ac nutritio concomitante sub una ratione est mutatio, sub alia passio: formaliter autem est actio, qua viuens per alimentum intra se suscepit, concoctum, distributum, sibi agglutinatum, & in suam substantiam conseruit, reddit suam quantitatem maiorem, quam esset, vt mutatio, seu motus definitur ab Aristotele. 5. Phisicorum tex. 3. tum augmentatio, tum diminutio illis verbis: qui vero (motus scilicet) secundum quantitatem est, secundum commune quidem innominatus est, secundum autem retrumque augmentatio, & diminutio istud quidem, qui in perfectam magnitudinem (intellige acquirendam a viuente modo supra dicto) augmentatio: qui vero ex hac, diminutio definiri etiam potest augmentatio quidem, mutatio viuentis à minori ad maiorem quantitatem facta ab ipso viuente modo supradicto: diminutio vero mutatio viuentis a majori ad minorem quantitatem facta non ab ipso viuente per se loquendo, sed a calore sive intrinseco, sive extrinseco partes quanta resoluente. Ut actio definitur item tum augmentatio tum diminutio ab eodem. Aristotele primo de Generatione tex. 3. i. in hunc modum: augmentatio est existentis magnitudinis additamentum: (intellige factum a viuente modo supradicto:) diminutio autem minorantum, (intellige item factum modo supra explicato) & definiri etiam potest augmentatio quidem actio, quæ maior, diminutio vero quæ minor redditur quantitas viuentis, quam esset, modis supra explanatis. Vnde patet etiam quomodo utraque definiri posset, ut paulo. Atque ex his colligere licet augmentationem quoniodocumque sumptum in suo esse hoc includere dilatationem porosum viuentis factam ad recipiendum alimentum manus, quam fuerit substantia de perdita, nec additionem alimenti, seu fluctuantis facta in viuenti, nec extensionem a liam dilatantem ab extensione quantitatis, quæ viuens fit manus, quam esset.

422 Cum autem queritur, an augmentatione sit continua, multiplex esse potest qualionis sensus. Primo an sit perpetua, & sic negatur. Secundum an duret per totam vitam, & sic etiam negatur, recte scilicet tribus in vita distinctis atavibus incrementi, consistenter, & decrementi. Tertio an sit fi-

ne interruptione saltum per totam etatem incrementi, & sic etiam negatur. denique an quando sit sit continua, id est successiva, & non interrupta, & sic affirmatur, licet non semper sit uniformis. Sed præter continuatatem recte Aristotele. 1. de Generatione tex. 3. ad 43. tres afferunt præcipuas augmentationis conditiones; quarum prima est, vt eius, quod augetur, quæcumque pars augetur. vbi nomine partis intelligenda est pars sensibilis ex eiudem Aristotelis doctrina ibid. tex. 3. secunda est, vt augetur adueniente aliquo extrinseco. tercia vt id, quod augetur, maneat idem ante, & post actionem, & que conditio ita intelligenda est, vt non maneat ante, & post actionem, & idem proportionaliter dico de nutritione de qua eadem esse potest difficultas) multo minus per totam vitam idem numero viuens invariatur: simpliciter tamen per totam vitam maneat idem numero viuens.

423 Atque vt per se loquendo partes viuentis sensibiles omnes simili augentur: ita per accidens interdum sit, vt aliqua pars non creat crescentibus aliis. ratio autem cur viuens magis in longum, quam in latum, aut in profundum augetur, est partim, quæ initio formationis maiorem habet longitudo, quam latitudinem, aut profunditatem, ac deinceps proportionaliter augetur: partim quia calor quo nutritio, & augmentatio efficit natura sua semper sursum potius quantum potest, quam aut in latum aut in profundum fertur. Quædam etiam videtur est in locis haud apriis, vt in atris arbores parum in latum aut profundum diffusas natura duce in maximam alterius dinem tollere, quia frigus aeris ambientis refugient, & calorem solis superne tantum directe lucentis exquirunt. Et tamen interdum, vt a liquido viuens in latum potius creat, partim ob poros in latum potius directos, partim ob aliquod impedimentum, quo accretio in longum prohibetur: vt si partes superiores sicciores sint, &c.

424 De termino augmentationis viuentium, atque adeo quantitatis rerum omnium naturalium, quæ licet diversæ sint qualitates, recte tamen coniungi solent, & ad quærum explicacionem recte distinguuntur quatuor illi termini, maximum quod sit, maximum quod non, minimum quod sit, minimum quod non; quorum duo priores dicuntur termini magnitudinis, alter in-

11
Termi.²
augmen-
tationis
uniuersitatis,
& quan-
titatis re-
rum natu-
ralium.

trinsecus alter extrinsecus: duo posteriores paritatis; alter item intrinsecus; alter extrinsecus, ita philosophandum videatur: ut dicamus nullum quantum, ut quantum postulare certum terminum magnitudinis aut paritatis: imo respectu absolute Dei potentiae nullam rem naturale habere certum terminum magnitudinis, aut paritatis, & consequenter nullam ex natura sua, seu essentialiter postulare certum terminum magnitudinis, aut paritatis: de facto ramen nullam esse, quæ non habet: dari etiæ de facto inter omnia corpora vnum maximum positiue, quod est colum impyrum: & aliquod minimum factum negatiue, hec est, quo non detur aliud minus, licet possit dari aliud illi æquale: sed hoc esse inter animata, & inanimata discerni: quod animata quidem omnia habent determinatam magnitudinem, & paritatem, quam excedere naturaliter erant quantocumque apposito, vel subducto alimento non possunt, licet per absolutam Dei potentiam possint: Inanimata vero, quæ non sunt partes animatorum (nam de his loquimur, cum de aliis, quæ sunt partes animatorum idem proportionaliter dicendum sit, quod de ipsis animatis) non ita habent determinatam magnitudinem, aut paritatem, ut eam per se loquendo excedere naturaliter non possint, modo aliquid semper apponenteret, vel subducere: illis, ex quo augeri, vel minus solent: quo sensu intelligendus est Aristotel. de Anima. t. 4. l. vii. ignis argumentum, inquit, in inserviatur ab eo, quoque fuerit cōducibile: cum tamen simpliciter etiam inanimata omnia habeant determinatam magnitudinem, & paritatem, quam excedere naturaliter non possunt.

424 Ab augmentatione, & diminutione valde differunt rarefactio, & condensatio: quā illi est actio, quæ ad raritatem: hæc actio, quæ ad densitatem terminatur. Sed duplex est raritas, & densitas: altera latè, & improrpiè: altera prefæcè, & propriè dicta. Raritas latè, & improrpiè dicta consistit in majori distantia, & partiali quadam discontinuitate partium inter se: sicut modi est, quæ in pumice, vel spongia, vel panno complicato cernitur: cui respondet rarefactio item latè, & improrpiè dicta. Densitas latè, & improrpiè dicta consistit in majori propinquitate, & compactiori, ne partium inter se ex aliqua ratione parte discontingutarum: cui respon-

det condensatio item latè, & improrpiè dicta.

Raritas prefæcè, & propriè dicta nihil aliud est, quam maior latitudo, seu extensio localis partium materiæ, & formarum materialium: cui respondet rarefactio itè prefæcè, & propriè dicta Densitas prefæcè, & propriè dicta nihil aliud est, quam maior latitudo, seu extensio localis earundem partium: cui respondet condensatio prefæcè, & propriè dicta. Accræfactio qui àm latè, & improrpiè dicta sit per dilatationem: condensatio vero illi opposta per constrictiōnem pororum, seu foraminum plenorū corpore aliquo tenui, quod facile recipi, & extrudi possit. At rarefactio prefæcè, & propriè dicta sit interdum calore successiue inducto in partes materiæ, illasque, & consequenter formas materiales in illa existentes magis explicante, & extendente in ordine ad locum, seu spatiū: interdum etiam a motu locali partes quantas distrahente, & extendeente item in ordine ad locum, seu spatiū: ita ut rarefactio prefæcè, & propriè dicta formaliter sit, vel calefactio, non ut calefactio præcisè, sed ut explicans, & extendens prædictas partes in ordine ad locum, seu spatiū: vel motus localis, non ut motus localis præcisè, sed ut distractens, & extendens easdem partes item in ordine ad locum, seu spatiū. Condensatio vero illi opposta sit in terdum a frigore successiue inducto in partes materiæ, illaque, & consequenter formas materiales in illa existentes magis cōficiante, & restringente in ordine ad locum seu spatiū: interdum etiam a motu locali pars quantas comprimente, & restringente item in ordine ad locum, seu spatiū: Ita ut condensatio prefæcè, & propriè dicta formaliter sit, vel frigefactio, non ut frigefactio præcisè, sed ut constipans, & restringens prædictas partes in ordine ad locum, seu spatiū: vel mox localis, non ut motus localis præcisè, sed ut comprimens, & restringens easdem partes item in ordine ad locum, seu spatiū. Atque in condensatione, quomodo cumque fiat, interuenit quidem nec hario penetratio quædam partium quantaribz, non tamen illa, quæ naturaliter est impossibilis, hoc est, quæ duo, pluræ corpora, vel etiam duæ, plures partes vnius eiusdemque corporis extensæ localiter, per solum motum localem non cōprimenter partes quantas, & sine præcedente alteratione sufficiente ad condensationē.

ponantur in eodem loco, seu spatio praesens: sed alia naturaliter possibilis, & necessaria, qua duæ pluresue partes quantæ extensæ localiter per condensationem alterum ex diuersis modis facta ponantur in minori loco, seu spatio, quam ante essent.

425 Ex quibz intelligere positis. Primo supponitur, qd' quantitas sit accidens physica rea, hinc distinctu ab oibz aliis, de quo agendum est libro tertio, nec in rarefactione prese, & proprie dicta acquiri, nec i cōdētatione illi opposita de pâti qualitatibz illis, eisqz natura, liter ingenerabilis, & incorruptibilis, & mace-
ris coquaz: supposito aut, qd' qualitas nō sit accidens physicum distinctu ab oibz aliis, sed identificatur. Cetero, quantis, de qua agendum est eodz libro, in rarefactione, prese, & proprie dicta, p se acquiri qualitatē caloris, & deperdi frigoris, qd' sit per calorem, sed nihil per se acquiri, aut deperdi, qd' sit per motū localē. In cōdētatione vero illi opposita de-
contrario, p se deperdi qualitatē caloris, & acquiri frigoris, qd' sit p frigus, fed nihil p se deperdi, aut acquiri, qd' sit p motū localē, qd' quid sit de distinctione, aut nudi, similitudine reali qualitatis a rebz, quatis, i rarefactione prese, & proprie dicta quoquā:
facta p se acquiri maiore impénétrabilitate in condensatione vero illi opposita deperdi, & quid ē successio ad successione rarefac-
tionis, & cōdensationis; particulariter materia, & formarū materialium in materia exi-
stenti uero calore, vel frigore, aut motu
locali affectari determinatiō, & quasi cō-
ditionē ad hoc, ut h̄ potius, qd' alii distracti-
hantur, aut confunduntur, & cōsequenter ac-
quirant, aut amittant impénétrabilitatem
vel ē contrario, in solā cām primam referri
potest, sed de impénétrabilitate plura libro
tertio, ubi de quantitate. Tertiō rarefactione,
& cōdensatione prese, & proprie dicta
hici tñ secundum nōs partes sensibiles, ut
proprietate, & si sit sūmum augmentatio, & di-
minutio, sicut in aliis illis ab his ualde diffe-
runt. Quartō rarefactionis, & condensatio-
nis, & cōsequenter raritatis, & densitatis
dari certos terminos, qui naturaliter exce-
di non possint, licet, per absolute Dei potē-
tiā p suam. Quintō iuxta predicta intellige-
tur esse Ar. in Prädic. c. de qualibz spissū
di, inquit, eo, qd' partes libi ipsiis propinquaz
sunt, & rurum vero eo quod distent a se ini-
cem, & 4. Physica ex. 84. ubi magnitudo, in-
quit, & paritas sensibilis molis non infu-
per accipiente aliquid materia extenditur
sed quia materia est potentia, utriusque :

quare est idem densum, & rurum, & una
materia ipsorum est, & 8. Physic. text. 51.
Vbi densitas, & raritas, inquit, cōgregatio,
& dīscgregatio Sexto iuxta predicta intelli-
genda est, et illa raritas, & densitas defi-
nitiones, quae tamqz ex tex. 84. citato colle-
cta circumferuntur: raritas est multa quan-
titas cum pauca materia, seu parua mate-
ria sub magnis dimensionibus: contra uero
densitas, pauca qualitas in multa materia
iuxta magna materia sub paruis dimensionibz,
ita ut nomine materie, intelligatur tota
entitas capax extensionis, secundum locum
nomine uero quantitatibz, & dimensionibz ex-
tentio ipsa predicta entitatis secundum locum.
Septimus rurum, & densum, ut rurum, & de-
sum in oibz corporibz naturalibz, sive sublin-
earibz, sive celestibz, eiusdem est ruris Octa-
uio idem rurum, & densum sub diuersa ratione spectare ad diuersa prædictamenta. Non
tamen ex iisdem recte inferari Sanctissimi
mo Eucharistia Sacramento accidentia su-
a naturaliter subiecto carētia non posse ra-
reheri, & cōdēlari, quocunqz ad id Deus
concurat, quod Theologorum est expli-
care.

426 Reliqui ad animā vegetatiā modo
supra explicato, prius est potentia għażi-
ua, de cuius subiecto i supra diximus. Instru-
mentum eius principium est semen, adhuc
est għażi u viuenus presē, & propriè dicta,
nō tāq-qiex, sed qd' viuenus u uiuente per
semen ab illi decūta producetur, sive pdu-
catur eiudicata specie atomiz, quae est gnatio
perfectionis, sive tñ eiudicata generis, quae est
generatio imperfectio, quae utraque għi-
rat, sed præcipue prior meritō ab Aristot. lib. de uira, & Morte ca. 14. definitur prima
participatio, cum calido nutritiū u anime,
& 2. de Anima text. 34. dicitur naturalissi-
mum uiuentis opus, intellege, illis exceptis
quibus idem in individuo conservarur, at-
que perficitur. Generatio autem uiuentis,
qua definitur, proceſſio uiuentis a princi-
pio uiuente coniuncto in similitudinem na-
ture, sive numerice, sive specificæ, sive ge-
nerica ex u talis proceſſionis, Physicorum
finis excedit, intra illos tamen continetur,
si dicatur, proceſſio uiuentis à princi-
pio uiuente coniuncto in similitudinem na-
ture, vel specificæ, vel generica: mo parti-
cula (coniuncto) intelligatur de coniunctio-
ne per semen, per quod a uiuente decūta,
uiuens generatur. Sed ut hæc generatio, pro-
priè dicatur uiuientis, & għorans, propriè
dicatur pater, & genitum filius requiritur.

73
Potentia
generativa
& gen-
eratio.

præterea, ut generant, & genitum sint con-
gnitio[n]is, & amoris, sive lenitatis, sive ra-
tionalis capacia. Alter tamen etiam sumi-
tur nativitas pro partu, de quo ut de con-
ceptione eum antecedente, plura hic dice-
re prudens, volenque supercedo. Tantū
addo viuentia, si quæ sint, quæ tantum ex
putri generentur, specie differre ab ijs, quæ
generantur ex femine: multa tamen eiusdem
speciei generari, & ex putri, & ex femi-

T. 4.
I. 1. a.

427 Ad eādem animam vegetatiūm
pertinent etiam vita, non quæcumque, sed
eius solius propria, & mors illi oppoſita.
Vita enim in communi, nec habet mortem
oppositam, nec ad vllam animam perti-
nec, ut eius solius propria. Vita vero in
particulari sumpta pro vita animalium
tam multiplex specie, & numero est, quam
multiplex est specie, & numero animas id est
quæ proportionatim dicuntur illi op-
posita. Tributur nihilominus vita anima-
torum, & mors illi opposita potius anima
sue gradui vegetativi, quam aliis, quia
hic est velut fundamentum aliorum: et si
nulla in ende in animato sit hora, gradus
distinctio plusquam formalis, sive virtua-
lis. Et in hoc sensu recte definita sit ex
Aristotele lib. de vita, & morte cap. 14. in hunc
modum: Vita est permanens nutritio ani-
mæ cum calido, & humido. In qua defini-
tione duæ etiam indicantur causa longitu-
dinis, & breuitatis vite, quæ sunt calidum
tum calore insitum, tum etiam calore influ-
te, in quib[us] calor influens datur, sed pra-
cipue calore insitum, & humidum, tum radi-
cale, tum alimentum, sed præcipue radi-
cale Merito tamen idem Aristoteles libro
de longitudine, & breuitate vite cap. 3. in
humido distin[git] quantum, & quale, in-
telligens per quatum copiam humiditatis
radicalis, per quale verò temperie,
& præcipue copiam caloris prædicto hu-
midoru[m], quo fiat, ut humidum non sit
aqueum, & tercium, quod est facile exsic-
cabile, & congelabile, sed acreum, pingue,
viscidum, tenax, quod non est facile exsic-
cabile, & congelabile: atque ex his duob.
potius quale, quam quantum causam vult
esse longioris vite. Vnde rationem facile
reddas, cur animalia exsanguia parum vi-
uant: Cur aquatilia communiter minus ui-
uant, quam terrestria: Cur plantæ longio-
ris sere sint vite, quam animalia: & alia ad
longitudinem, & breuitatem vite spectan-
tia problema, ut, quæ corporis constitu-

tio, & temperie sit longior: Diutiusne
in locis calidis, an in frigidis vita protra-
hatur, & similia dissoluta.

428 Mors, que formaliter sumpta est
principio vite, intellige non cuiuscumque,
sed, quæ præcesserit: seu, quod pro eodem
accipitur, separatio animæ à corpore quod
informaret, sive per huiusmodi separatio-
nem corruptio anima, sive non-causaliter
sumpta, ab Aristotele lib. de vita, &
Morte cap. 14. in violentiam, & naturalem
diuiditur, & utraque definitur his verbis:
Mors autem, & corruptio, violenta quidē
calidi extincio, & marcor (corruptitur
enim virque propter ambas has caufas)
qua autem secundum naturam, eiusdem
huius marcessatio propter temporis lon-
gitudinem facta, & perfectionem, vbi per
calidum, intelligit implicitè etiam humi-
dum, in quo calor inheret, & extincionē
quidem reficit ad calidum, marcorem ve-
rō ad humidum, seu calorem in humido:
licet enim hac duo interdum confundatur
prosternam, & propriè per extinctionem
caloris mori dicitur vivens, quatenus eius
calor ad uitam necessarium a contrario cor-
rupitur: per marcorem autem, quatenus
humidum ad uitam necessarium absolu-
tur, quo deficiente etiam calor illi infinitus
ita deficit, ut marcessere dicatur. Itaque
paulo clarius mors naturalis dicitur, cum
diuturnitate temporis tandem calidum, &
humidum ad uitam necessarium deficit:
quam mortem animalibus facilissimam, ac
doloris experientia esse Aristoteles ibi-

dem docet: violenta autem cum
prædictum calidum, & hu-
midum adhuc robu-
stum, ac validum
à contrario
violent-
er
corruptitur, quæ utraque, vt
in animalibus mors, ita in
plantis ariditas ex Ar-
ibidem appellatur.

15
Mars.

Anima Sensitiva.

Cap. XIX.

430



Nima sensitiva dicitur anima, quae est principium primum sensus; duplere autem sumptus sensus ex Arist. 2. de Animate. 53. uno modo pro acto sentienti, qui dicitur etiam sensatio, seu sensio, & sentire; altero modo pro potentia producendi huiusmodi actus; & vtroque modo summi potest in predicta anima sensitiva definitio, modo sumatur in communione, seu ut sensus alterutro ex predictis modis est precise. De sensitibile tamen prius, quam de sensu agendum est. Hoc autem ab Aristotele 2. de Anima tex. 63. 64. 65. triplex distinguitur, proprium, commune, & per accidens. Dico autem proprium, inquit Aristoteles 63. quod non contingit sibi sentiri, & circa quod non contingit decipi. Sensibile commune, & sensitibile per accidens non definiuntur ibi ab Arist. sed explicantur exemplis. Communione autem inquit tex. 64. morus, quies, numerus, figura, magnitudo: huiusmodi enim nullius sunt propria: sed communia omnibus, &c. Secundum autem accidens, inquit tex. 65. dicitur sensitibile, ut si alium sit Diaris filius: secundum autem accidens enim hoc sentit, quoniam accidet alio hoc, quod sentit &c. Potest tamen haec sensitibilis diuisio reduci ad duo membra, hoc est ad sensitibile per se, & sensitibile per accidens: sensitibile per se dicitur, quod per se terminare sensum, seu sentiri potest; & hoc tunc dicitur proprium, quando ab uno tantum sensu externo sentiri potest: tunc commune, quando ab omnibus, vel a pluribus, sive enim limitatum est ex ipso etiam Aristotle lib. de sensu, & sensib. cap. 14. quod idem Aristoteles supra docet, sensitibilis communia esse communia omnibus sensibus. Sensibile vero per accidens dicitur quod non potest terminare visum, seu sentiri per se, sed tantum per accidens, hoc est per aliud, seu ratione alterius, cui coniungitur. cu-

iusmodi sensitibile est etiam substantia aliqua.

431 Quod tamen docet Aristoteles supra, circa sensitibile proprium non contingere decipi, non ita accipendum est, quasi non quam omnino id contingat sed ita, ut iuxta eiusdem Arist. 2. de Anima text. 161. sentientiam, circa sensitibile proprium raro admodum, & quidem circa rationem eius genericam non nisi in illius applicatione ad hoc vel illud subiectum, vel locum: circa sensitibile per accidens, frequenter circa sensitibile commune, multo frequentius contingat error. Et quoniam Aristoteles ad explicandum, quae essent sensitibilia communia, tantum in exemplum attulerit, non autem eriam statuerit sola esse predicta quinque, videlicet motum quietem, numerum, figuram, & magnitudinem ad illa tamen, ut propria, & notiora reduci aliquo modo possunt reliqua omnia, quae sunt multo plura, scilicet, & predicta quinque reduci possunt ad multo pauciora. Neque vilium sensitibile commune imprimis sensitibus propriam speciem sensitibilis proprii, si datur: vel si non datur, ut paulo post dicitur, modificalit seu determinat ipsum sensitibile proprium. Tamen proprium autem, quam communione sensitibile, loquendo de per se existente, seu separato, debet esse quantum: nec vilium dari potest tam parvum sensitibile, sed sicut existens, quod nullo modo sentiri possit.

432 Peculiaris vero difficultas hic est, an, & quonodo sensitibilium priuationes, seu defectus debitae eorum ad sensum applicationis cognoscantur. Cui respondendum breuiter videatur, cognosci quidem sensitibilium priuationes, seu defectus predictos, non tamen a sensu externo adserentes, ut quidam dicunt, sed a sensitibili non moueri, cum in tam moueri deberet, si sensitibile esset praesens, seu debite applicatum: sed in nobis, vel ab intellectu, eti semper tribuenda est huiusmodi cognitionis; cum per ratiocinationem habetur, ut sapere contingat: vel etiam a sensu communi, cum priuationes, seu defectus predicti sunt praesentes eo modo, quo possunt esse praesentes; vel denique ab aliis sensitibilibus, cum priuationes, seu defectus predicti non sunt ita praesentes: in brachio asterni, vel a sensu communi, vel ab aliis sensitibus interioribus, proportionaliter, ut in notis.

Quoniam tamen nec intellegimus, nec sen-

¹
Animas
sensu de-
posita.

²
Sensibilia
proprium
commune
per acci-
dens.

³
sensibilia
priuationes
vel.

fus communis percipiunt priuationes, seu defectus praedictos praesentes, nisi medio fenſu extero, minime tamen mōto, aut operante, quatenus cum intellectus, aut ſeſlus communis aduerit fenſum extero, non moueri, nec operari, conſequenter cognoscit non esse obiectum praefens, seu debite applicatum: Idcirem tribuitur huiusmodi cognitione etiam fenſu extero, non quidem priuatū, ſed priuatū, ut explicatum eſt, concurrente. Et hoc modo intelligendus eſt Arift. 2 de Anima tex. 138, ubi docet nos viu discernere, & tenebras, & lu- men, fed non ſimiliter, & text. 103. & 120. vbi docet, viſum eſt viſibilis, & inuiſibilis, gulfum gulfabilis, & non gulfabilis, & ſic de aliis fenſibus. quamquam ibide m explicat inuiſibilis duobus accipit modis. Priuato pro priuatione obiecto viſibilis: Secundū pro ipſo obiecto viſibili quidem, ſed agre, & non sine aliqua organi laſionē obni- miani obiecti veheſtiam, vel para- tem. Magum tamen diſcernit eſt inter modū, quo intellectus, & modū, quo fenſus etia m communis priuationes perci- pit, ut ex ijs que libro tertio, ubi de ente rationis, diſcenda ſunt, intellegitur. De fenſu interiatis ſiſcide, illum non miſi confufe, & materialiter priuationes obie- clorum percipere, quatenus percepit id, quod eſt abſens, & conſequenter non praefens, ſeu non debite applicatum arq. adeo non mouens, ut mouet praefens, ſeu debite applicatum, ut contingit exempli cauſa cani alimentum, aut leperum querenti.

433. Sed ſenſilium priuationibus relictis, ſeſlus ipſum priuatum, ut ſentiat, ne- ceſſario aliquia ratione virili debet poten- tia ſenſitiva: nullum tamē eſt, quod vniat ur potentiæ ſenſitivæ extera per ſpecies ſenſiles intentionales, ut uocare diſtinguitas à realibus qualitatibus luminis ſoni, & quibus organa potentiā ſum ſenſituarum extero, ut fiat fenſatio: nulla enī dantur huiusmodi ſpecies re- ſpectu fenſum extero, ut ex ſingulorū explicatione magis patebit. Itaque vniat ſenſile potentiæ ſenſitivæ extera quidem, vel per ſe ipſum in immediate, ni- bit obſtante illo axiome: ſenſibile poliſi ſupra fenſum nō facit ſenſationem de quo infra, vel mediante aliqua qualitate ſenſi- bilitate ſe per medium propagata: interna- uero, ut infra explicabitur.

434. Quomodo cumque tamen ſenſibile

potentia ſenſitiva vniatur, potentia ſenſitiva respectu ſensationis non eſt tantum actua, aut tantum paſſiva; ſed & actua quatenus elicit, & paſſiva quatenus recipit ſensationem: respectu tamen qualita- tis ſenſibilis, quam in ſenſorio extero re- cipit ab obiecto, eſt tantum paſſiva, modo qualitas huiusmodi ſumatur per modum vnius, alioquin enim una eius pars in una fenſori partē lā recepta propagat aliam in alia, ut facit etiam extra ſenſorū. Sed haec qualitas ſenſibilis, quacumque fit, nō concurrit ad ſensationem, neque ut princi- piū totale illius, neque ut principium particula, ſed ſolum materialiter, ſeu diſpo- fitiū, & tamquā conditio requiſita ex parte organi. An autem eodem modo pro- portionaliter philofophandum ſit de phan- tasmatate necne, inſra intellegitur. Interim ex diſtis colligi potest nullum dari ſenſi agentem ad producendas ſpecies ſenſiles intentionales, quas non dari ſupra dixi- mus: fenſum uero producentem ſenſatio- nes poſte quidem dici agentem respectu ſenſationum, non eſt tamen a parte reſi- ſtituunt a patiente, in quo recipiunt ſen- ſations.

De fenſu comparato ad phantasmatā qnid dicendum fit, inſra exponetur. Hic de ſenſatione, de qua inuita iam diſta ſunt duo tantum addiderim. Alterum eſt, nihil repugnare, vnum euidentius fenſum mul- ta obiecta, tum numero, tum etiam ſpecie diuerſa ad ſuum obiectum adæquātū ſpectatiū ſimiliter ſentire ſenſationes, que ſub diuerſa rōne, & una, & multiplex diei po- test vna, & quidem, tum realiter, tum for- maliter, ſeu virtualiter, ſi adæquate ſuma- tur multiplex, tum formaliter, ſeu virtualiter numero, vel ſpecie in ordine ad mul- ta obiecta inadæquata numero, vel ſpecie, diu- ſtincta, tum etiam realiter in ordine ad obiecta inadæquata ſpecie diu- ſtincta, quorum vnum ſine alio natura ſua videri po- ſuit, ſi inadæquate ſumatur. Alterum eſt ſen- ſationes, non autem ſpecies illas intentiona- les eſt illas, quas Arift. de Anima tex. 124. appellat formas ſine materia, & tex. 138. ſenſibile ſine materia, quatenus ſunt ſpecies quadam, ſeu imagines expreſſæ obiecti ſenſibilis, carentes tamen materia, & qualitatibus illis materialibus, quas obiectum ſenſibile in ſe habet. Atque haec de ſenſibus tum extermis, tum internis in communi: nunc de iſdem in parti- culari, ac priuato de externis agamus.

Senſus

5
Ponit
ſenſitiva.

Seni
ter.
8.
Visus.

9.
Color.

435 Sensus externi recte numerantur quinque, Visus, Auditus, Odoratus, Gustus, & tactus. Atque ut a visu omnium nobilissimo incipiamus, eius obiectum formale est visibile, hoc est id, quod proxime terminatum est visus, ut tale est, & sub se realiter comprehendit, tum lumen, tum colorem, & quidem una cum omnibus sensibilibus communibus, quae lumen, aut colorum modificant, & determinant, ut super diximus: loquimur enim hic tantum de visibili per se, non per accidens Aristot. tamen 2. de Anima tex. 66 in illa propositione, visibile enim, quod dicimus est color Græci τὸ ἄκρον τὸ γόνος, τὸ τελεῖον τὸ πέπλον, in qua subiectum est (visibile) cui Græci propinunt articulus, qui reddit eam in iherusalem, perinde ac si diceretur, omne visibile, restringere videretur (visibile) ad colorem, sed vero extendit etiam ad lumen, tum noctu lucentium, tum aliorum omnium, quod nomine coloris latius accepto, ut saepe alias comprehendit.

436 Prostissus autem sumptus color, ut a puro lumine distinguitur, duplex est, alter permanens quem quidam perfectum colorem appellant quia non pender ab extrinseco, sed a subiecto in quo est, alter non permanens, seu apparet, quem quidam imperfectum colorem vocant, qui pender ab extrinseco. Color permanens non est lumen extrinsecum a corpore opaco reflexum, ut quidam voluerint nullos in tenebris colori esse perperam affirmantes, sed est qualitas diuersa a lumine natura, quæ ab Aristotle dupliciter definitur. Prior definitio est. 1. de Anima tex. 67. illis verbis: Omnis autem (sic enim ex Græco legendum est, non omnis enim) color motius est eius, quod est secundum actum, perspicui que definitio ab aliis sic assertur: Color est, quod mouet id, quod est actu perspicuum. Posterior est lib. de sensu, & sensibl. cap. 3. illis verbis: color utique erit perspicuus in corpore determinato extremitas, quæ definitio ab aliis sic exprimitur: Color est extremitas perspicua terminata. Atque in priori quidem definitione per (actu perspicuum) intelligitur perspicuum illuminatum, hoc est corpus diaphanum, seu transparens habens in se lumen, per quod perspicuum constituitur in actu proximo perspicuum, seu diaphanum, & transparens, per quod scilicet tamquam per medium possint alia videri;

sive sit perfectè, tale hoc est habeat tantum rationem medijs, per quod alia videantur, ipsum vero non sit visibile, ut aer: sive sit imperfectè tale, hoc est habeat rationem, tum medijs, per quod alia videantur, tum obiecti visibilis, ut aqua, chrystillus, vitrum, & similia. Dicitur vero color motius perspicuum in actu, id est illuminatum, ut dividimus, non quia sit effectivè productus, & propagatus specierum visibilium intentionalium per perspicuum prædictū, quas species iam supra exclusimus: sed quia non nisi per perspicuum prædictū est obiectū potentis visus. Itaque intelligendus est color esse motius perspicui prædicti non effectivè, sed obiectū, ut sic dicitur obiectū mouere potentiam visuam, a qua videretur: ita dicatur obiectū mouere medium, per quod videtur, quatenus non nisi medio illo est obiectum potentia, a qua videtur. In posteriore autem definitione per (perspicuum terminatum) intelligitur per spiculum simpliciter, sed secundum qd, & cum addito sic dictum, hoc est ita ex operatis adiunctione operatum, ut vel non possit habere rationem medijs, per quod alia videantur, sed tantum obiecti, quod actu visionis terminet; vel certe ita sit medium, per quod alia videri possint, ut ipsum etiam actu visionis possit terminare. Et perspicui terminati sic explicati dicitur color esse extremitas, id est, superficies non formaliter, sed causaliter, & quidem in triclini genere causa; hoc est materialiter, efficienter, & finaliter, quatenus color, qui hac definitione definitur, & non aliis est, quam ille, qui accidente solo lumine, statim si proxime visibilis, est in corpore perspicuum terminatus, quod diximus, sumptu secundum superficiem, non autem secundum profundum, & ab eodem sic sumptu prodicatur, & ad idem item sic sumptu ordinatur. Ut tamen hac definitione comprehendatur etiam color, qui in profundo etiam quorundam corporum in perfectè transparentem cernitur, nomine extremitatis, seu superficie intelligenda est non solum superficies actualis, seu formalis, sed etiam potentialis, seu virtualis, & aquivalentes. Ex his patet veramque prædictarū definitionem bonam esse, sed accidentalē, & quidem posteriorem causalem.

337 Idem color permanens in multis siue perfectis, sive imperfectis non oritur

ex admiftione elementorum, ut præcise perſpicua, & opaca ſunt; ſeu quod idem eft, ex perſpicuo terminato, ſeu opacato, vt eafe illæ nec ex admiftione elementorum, vt præcise habent primas qualitates, ita vt vniuerſaliter confequatur certum temperamentum primarum qualitatum: ſed in miſtis quidem perfectis, partim ex varia elementorum perſpicuorum, & opacorum inter ſe permifione imperfecta antecedente, vt materia, & alteratio[n]e, vt efficiēte; partim, & præcipue ex iſpa forma ſubſtantiali eorum propria: in miſtis verò imperfeciis, in quorum aliquibus omnia concedendum eſt color permanentis, ex variis elementorum perſpicuorum, & opacorum inter ſe permifione imperfecta, vt materia, & alteratio[n]e, vt efficiēte.

Sunt autem ex elementis perſpicua ignis, aer, & aqua ſecundum ſe ſpectata: per accidenſem in ſape opacantur: opaca vero terra, qua item per accidenſem ſape perſpicua ſit in exhalationibus. In elementis puris nullus eſt color. Nec idcirco tamen concedendum eſt terram puram illuminatam ſub aspectu non candens. caderer enim ratione luminis, & opacitatis illud terminantis. Quamuis, ſi penitus opaca eſt fine villa perſpicuitate, non poſſet in fe lumen recipere, fed tantum in corpore coniugio, verbi gratia in aere, & confequenter non poſſet dici illuminata inſinuata, ſed tantum extrinſicè: ſi verò non penitus opaca eſt, fed aliquam licet per exiguum habebet perſpicuitatem, vt habent omnia rorista, etiam quæ opacissima videntur, & ipsam quoque habere probabilitus eft, poſſet lumen in fe, non quidem in fola ſuperficie, ſed ad aliquam viſque profundiātem recipere. Quod ſi queras, an poſito quod terra aliud corpus penitus opacum eſt, & confequenter lumen in medio tantum contiguo juxta praedita recipere, adiuc videti poſſit. responderetur poſſe. In atris, & ſi aliqua nobis apparet lucis diuerſitas, vt alibi diximus, tum ob corporum, in quibus recipitur, tum ob diſtantia, tum ob građum lucis iſipſis varietatem: ea tamen non euincit viſum ijs permanentem in eſe colorem. Neque a nobis hic exiſtentibus dijudicari certò poſteſt, an viſus om-

nino in celeſtibus corporibus ſit color permanentis. Color certè caro, qui in celo ſereno conſpicitur, non pertinens, ſed apparenſ eft ex admiftione lucis, & aliqualis opacitatis, ſiue aeris ſoliuſ, ſiue alterius etiam aeris ſimiſis in perſpicuitate corporis, magna ſuarum partium diſſuſione, & quaſi multiplicatione aliquam opacitatis rationem induentis. Sic autem colorē apparenſ eft ex luci, & opacitatis admiftione ori, vt tamen nihil ſit a luce, & opacitate ſimilis ſumpſum diſtinctum, diſtinximus in Meteoris.

438 Ex his intelligi poſteſt. Primo colorē permanentem non dici ſecundam qualitatem, quia ex primis oritur uniuersaliter, efto aliquis etiam ex illis oratur: ſed quia primas ſupponit. Secundum, cum aſſignatur pro obiecto viſus viſibile completem colorē, & lumen, nomi ne coloris comprehendendi non ſolum colorē permanentem, ſed etiam apparenſem, qui licet ex lumenis, & opacitatis miſtione coſtitut, ut diſtinximus, ut viſibilis tamen habeat rationem viui ſimplicis qualitatibus, quatenus per modum viui videntur. Tertiō perſpicuitatem, & opacitatem eſe qualitatibus tertiaris ſpeciei, quorum illæ definiſti potest, qualitas reddens corpus in eo eft, tales ut per illud tanquam per medium, accidente tantum lumine, oblectum uideri poſteſt: hæc verò qualitas reddens corpus in quo eft tale, ut non poſſit eſſe huic modi medium, quamquam vi traue, ut perfecta vel imperfecta eft, ita perfectè vel imperfectè hoc preftat. Nulla tamen eft ratio dicendi cas eſe qualitatibus physicas, ſen diſtinetas a parte rei a rebus perſpicuis, & opacis, ſiue ſubſtantialibus, ſiue accidentalibus. immo eft ratio aſſerendi non eſſe diſtinatas, ut proportionaliter diſtinximus capite ſuperiori de raritate, & diſtinetate.

439 Lumen non eft corpus, nece diſtinximus corporū a corpore lucido, ſed accidente de genere qualitatibus, non quidem ſpiritualis, & in corpore, ſed materialis, & corpore, quæ de potentia ſubiecti, ut aliae qualitatibus corpore, & materialies, coadiuſt. Vnde colligas, quod vtereſt aliqui philoſophi interdum dicunt, lumen eſſe qualitatem spiritualis, & immaterialis, non eſſe propriæ accepientum, ſed impoſſibilita, ut etenim lumen ab iſipſis spirituali, & immateriali dicatur, quatenus in coſtruari non a ſola materia, ut alii ſeru-

to
perſpicui
tati, &
opacitas.

11
Lumen;

litates, sed etiam ab ageote penderet: Quod vero ali⁹ quidam, tum veteres, tum re-
centiores dixerunt, lumen a corpore lumino-
so ita diffundi, ut recipiat⁹ quidem in
subiecto non tamē de illius potentia edu-
catur, sed illud idem numero, quod erat in
corpore luminoſo, ab illo diffusum recipia-
tur in subiecto, siue perpicui⁹, siue opaco,
non tamē in illo producatur, nullo modo
esse admittendum.

440 Definitio autem lumen ab Aristotele z. de Anima tex. 69 actus perpicui⁹,
secundum quod perpicuum est, & aliter,
ignos, aut huiusmodi aliquatu⁹ (Iucidi felicit⁹
corporis) praesentia in perpicuo. Dicitur
in priore definitione actus perpicui⁹,
ut perpicuum est; quia lumen in hoc dif-
fert, tum ab alijs omnibus qualitatibus, tu-
eriam a colore, de quo ante Aristotel. ege-
rat, quod potest recipi in perpicuo perua-
dendo tota meius profunditatem, & redi-
endo illud perpicuum in actu, cum ante
luminis susceptionem est perpicuum se-
lum in potentia, loquendo, vt loquitur A-
ristoteles, de perpicuo, 'quod proxime sit
aprum medium, per quod alia uideri pos-
sunt.'

In posteriore uero definitione dicitur p-
sentia corporis illuminantis in perpicuo,
non sumpta praesentia pro relatione pra-
esentia formaliter, sed fundamentaliter: ita
ut definitio sit non formalis, sed causalis s-
quia lumen est id, quod a corpore illuminante
praesente corpori perpicuo, produci-
tur in ipso perpicuo. Sic explicatae amba⁹
definitiones bona⁹ sunt modo sumantur, ut
sumend⁹ sunt in actu primo; non sunt tu-
men essentiales, sed accidentales, & quidē
posterior causalitas, vt diximus. Iam uero
lux, lumen, radius, & splendor sapē con-
funduntur. Cum autem interduum distin-
guuntur: lux dicitur, vt est in proprio su-
biecto lumen, vt est in alieno subiecto latē
effusum radius, ut per lineam quasi propa-
gatur; quomodo dividitur in radius re-
ctum, reflexum, & refractum; Splendor de-
nique, seu fulgor, & iubar, vt ex corpore
opaco, polito, ac terfo, in quo recipitur, co-
ponit se funditur.

441 Sint ne omnia lumina eiusdem spe-
ciei, dubitari potest sed affirmandum vide-
tur, tamē lumen coeleste, & sublunare,
tum in eo differunt s- quod illud magis,
quam hoc manifeste calorem gignit ob
maiores intensum, tum in eo, quod il-

lud à casore, aut non gignitur, aut, an-
gignatur: non constat, hoc a calore non ta-
men quoque, sed satis intenso, & in
materia idonea, siue densa, ut in ferro cam-
dente, siue rara, vt in spiritibus aliquando
visu⁹ per tenebras gigni videtur. Nulla
verō (vt hoc obiter hic dicatur) est in hoc
repugnantia, quod sic in quibusdam sub-
stantiis una, ut causa principalis, produ-
cit aliam diuersas species, per quam, ut in
instrumento, ipsa rursus eadem in specie
producit, & è contrario: ita in quibus-
dam qualitatibus una, ut causa principa-
lis: producat aliam diuersas species, per
quam, ut instrumentum ipsa rursus eadem
in specie producatur, & è contrario. Sed
utrum lumina a pluribus illuminantibus
propagata in eodem medio realiter inter-
distinguantur, an in unum numero co-
alescant, congreuerent, est; in qua ratione
poterit posterior omnino videtur amplecten-
da.

Nec illi audiendi sunt, qui lumen in
aere non realiter, vt est in ipsis corporibus
illuminantibus, sed intensionaliter tantum
esse docent: nec ali⁹, qui lumen in medio
tantum non item in termino, seu obiecto
visibili recipi volunt: nec ali⁹, qui corpora,
qua⁹ communiter habentur opaca, in fr̄
ula superficie lumina recipere astant:
nec ali⁹, qui lumen ad visionem par-
te obiecti tantum: nec ali⁹, qui ex parte
medii tantum requiri contendunt: requiri-
tur enim ex parte, tum obiecti, tum
medij, tum etiam oculi ipsius, & qui-
dem ita, ut ab obiecto per medium ad
intimum viuque oculi partem, seu pupil-
lam propagetur: nec denique ali⁹, qui sumi-
nis illam quasi trepidationem, ac flu-
tuationem, quam scintillationem, vo-
camus, & in aliis preferim fixis, fixe ra-
men etiam in plantis maxime Saturno
inferioribus obseruamus, vel in solam o-
biecti distantiam, vel in solam interiectio-
num uaporum agitationem referunt. Qua-
rū causalitas prior per se numer⁹, posterior
sapē quidem locum habet, minimē tñ est
vniuersalis. Quare, vel ad alterius, quam
nostram uaporum interpositi corporis,
vaporib⁹ tamen, quoad raritatem, & densi-
tatem, perpicuitatem, & opacitatem non
absimili in ætherea regione, & pricipue
supra Saturnum constituti agitatione, vel
ad celarem aliquam ipsorum corporum
scintillantiū in le conuersione, aut potius

trepidationem: vel etiam ad vitramque ſimil hanc cauſam: nec non ad incertorum aliquando uaporum agitatem, qua ſcintillatio valde variari potest, recurrentem videtur. Sed hac delusione atq; adeo de viſibili ſatis.

12
Organum
uifus

442 Organum viſus totale certum est eiſe oculum, cuius ſue geminationem, ſue ſitum, ſue figuram, ſue ſtructuram, ſue coiores, ſue complextionem, ſue viuum ſpecter egregium naturę. Deique artificio ſuſcipere non ſatis poſſis. Geminari, vt alia molta membra, ita oculos naturę opifex voluit, tum ad utilitatem, tum ad ornatum: in edita & anteriori capiti parte collocavit, ut omnia longe præſentim antorū, quo animal ſuocetur, proſpicere: rent: in profundis cavaſtibus, ac uelut ſpecubus reponuit, tum ad tutelam, tum ad ſpiritus viuiū vniōnem, & viſionem Perficiorem: palpebris, cilijs, ſuperclija, atque oſſibus vndique communīvit: vt ab externis incibis uitiores eſent figura: ram ijs tribut rotundatum ad lunam directum uberiori etiam ab obiectis non directo oppofitis ſuſcipiendum; tum ad motus fa: cilitatem: tum ad iniurias extrinſicus inci: dentes facilius declinandas, oblongiorē tamen in parte posteriori, qua neruos viſuſuſcipiunt, & cerebro coniuncturant: tribus verò, quatuor ut tuniceſ ex com: muniori ſentientia, & tribus humoribus eos coagumentauit: in quibus subtilius deſcri: bendis hic longior non ero: tantum dicam ex tuniceſ primam, qua adnatā, ſeu adha: rent, ſeu coiunctiva, & qua transparente: eſt, cornea, ſeu dura dicitur, reliquas omo:nes tunica, vna cum humoribus omnibus circumtegere, & ſua pinguedine ocu: li humores ſouere; ne frigore congeleſt, aut obrigescant, ex Aristot. lib. de ſenu, & ſenſili capi: 2. ſecundam, qua ſecun: dum panem anteriori vnea, ſecundam posteriorē ſecundina vocatur, ſub cor: nea immediate contioeri, & in parte ante: riore habere foramen, quod vulgo popula dicitur, licet hac alioquin ſepiuſ ſumatur pro humor christallino, de quo paulo post: tertiam, qua retina, ſeureticularis, & reti: formis appellatur, non torum oculum, fed posteriore tantum eius partem complecti: vbi verò ad anteriorē christallini partem peruenit, colorē, & nomē mutare, ſi ea: dem eli: vel inde incipere aliam tunicam, qua quarta erit, & aranea dicitur, uota

pellucida: licet alij non ſolum retinam ab aranea, ſed etiam ad natam a cornēa diſtinguant, & aliam ſextam addant, quam vitrecht vocant, quod vitrecht humor: tem, de quo mox, ambiat, alij etiam ſeptimanam ex muſculorum tendiñib⁹ con: fidatam adiungant: ex humorib⁹ vero pri: muſo aquosum, ſeu albugineum dictum, in anteriorē: ſecundum christallinum, ſeu glacialem, in media: tertium vitrecht in posteriore oculi parte collacatum eſt. Denique ex cerebro ad oculos duci, tum duos aerios opticos, ſeu riorios tum alios, quibus muſculi oculum mouentes indigent: & huic modi muſculos ſex, aut ſeptem eſt; nam ſepimum aliqui non niſi in quadrupedibus agnoſcant.

443 De prædicto vneſ foramine que: ri hic primò potest, cur tam angustum effor: matum fit. Respondetur, tum vt, & lumi: nidoſ radij, & ſpiritus viuiū magis vni: autur: tum etiam vt ſoli radij perpendicular: lares, quantum fieri potest, aut certe axi vi: ciniōres ad pupillam, ſeu humorum chri: ſtallinum perveſionat, quod radij nimis ob: liqui confuſant faciunt viſionem: quia cau: ſa eſt, cur qui nimis amplum foramen hoc habeant, confuſe videant. Secundò, cur idem foramen dilatationis, & conſtric: tionis caput effectum fit. Respondetur, vt dilatati ad plura ſicut minus diſtincte cen: nenda, contrahi verò ad acutius, & exactius perſpicidum facile potest. Tertiò, cur idem foramen, quo maior eſt in luce, eſt magis conſtrigatur, in umbra verò dilatetur. Respondetur, tum quia lux calorem gignat, calor autem nonnihil enſicare potest: vneſ, & conſequenter eiua contractione foramen dilatare: tom præcipue, quia lux paulo vehementer oculos lädit, ideoque illi adiutum ſaltem ex parte natura conatur occidere. Quarto, cur altero clauſo oculo alterius foramen magis dilatetur: rufus aperto ad pristinum fit qui redat. Respon: detur, quia altero clauſo oculo ſpiritus viuiū, qui ob iuſtum calorem poſſunt modo explicato foramen dilatare, ad alterum co: piophores transmittuntur: rufus aperto, eo: dem, quo anteſ modo, in vitram oculū feruntur. De humorib⁹ verò oculū quatuor eſt, an fiat animati. Cui re: ſpondendam videtur affirmando, uobis ſolum de christallino, de quo res eſt certior, ſed etiam de reliquis duobus, & pre: terea addendum, coruſ unumquodqueſſe

homogeneum, quantum inter homogeneas principales, & consequenter animatas corporis organicas partes numerari non soleant, quia inter illas non numerantur, nisi quae per totum fere corpus fundantur. Consequenter demique negandum est humorem christallinum nitro, aut aquo, aut vero que noster.

444 Major vero quæstio est de coloribus oculorum: In qua dicendum videtur in orbiculo quidem, seu iride oculi minore, quæ vulgo pupilla dicitur, nigrum, ant re nigrum apparere colorem; quia lumen intra illud foramen in profundo receptum est, per exiguum, quippe quod non nisi a luminofo directè, aut tenebre directè opposito propagari potest, respectu maioris lumen extrinseci rationem habet tenebratum, & consequenter nigredinis maioris, aut minoris, prout præsumitas, aut foramen est maius, aut minus. In orbiculo autem, seu iride oculi maiore per cornream transparentem cerni colores permanentes vues, quæ qua parte cornream respiciunt, ita colorata est, vt in bratis cuiusque speciei colore ferè sit eisdem specie: exempli gratia in bovis niger, in ovidis aquinus, in aliis alius. Et cipiuntur autē equi, in quibus, sicut, & in hominibus, hic orbicularis variè est coloratus: sed in equis vel plurimis glaucus, in hominibus magis varius, glaucus aquinus, caruleus, ca prinus, cæsius, rufus, fulvus subflavus, cuius varietatis scâla invariam vues temperat in cerebi præcipuis temperie pendentes, & maiorem vel minorem humorum, ac spirituum copiam, & puritatem, vel impuritatem, & denique futuram oculorum deprehensionem, vel prominentiorem ei referenda. Ex humore quidem exiguo calorem oriri glaucum, ex multo nigrum recte docet Arist. s. de Generatione Animal. cap. 1. Unde rationes reddas, ut oculi glauci interdu minus, quam alii, nocte magis: contra nigri interdu magis, nocte minus videant. Ratio enim est, quia glauci exiguum habent humorum, ideoque multo lumine nimirum illustrantur, & debilitantur: nigri vero multum habeant humorum, ideoque multo lumine indigent ut illustrantur. Quia tamen omnia intelligenda sunt per se loquendo: nam per accidens aliis concurrentibus causis fieri potest; ut oculi minus humidus, nigris quemadmodum in ijs fere, qui ad meridiem minus vero humidus, cæsius: quemadmodum in ijs

fere, qui ad Aquilonem incolunt, sint scilicet rati duas Aristi sanè bonas rationes affert sect. 14. problem. 14. Ex horum autem extremitum oculi colorum ortu colligi potest, consideratis omnibus, quas diximus, causis, aliorum etiam mediorum colorum generatio. Sed cur prædicta colora in oculis varietas, maxime in hominibus, aliqua etiam in equis sit, ratio illa est, quia in homine maximam habet proportionem corporis copiam cerebri, maximeque variæ temperamenti: equus autem os capitum subtile, ac tenue habet: ex quo fit, ut facile mutations in cerebro recipiat, catarris etiam maximè laboreat, & canescat, eti minus perspicue, quam homo.

445 Complexio autem oculi aquæ potius, quam ignea est, nec uerum est oculis in situ quoddam a natura lumen habere. Nec splendor ille, qui ex quorundam oculis noctu præstentur, cum maior lumen non impeditus maximè apparere potest, emicare cernitur, et ratione eius aliqui etiam in tenebris vident, aliunde, quæ ex spirituum, & caloris copia gigantur: quoniam ad illum magnopere conferat etiam cornex, & araneæ, hu mortisque aquer & chrystillini, perspicuitas, quæ exiguum licet lucem facile admittit, & transmittit. Idem dico de splendore, qui ex leui oculi etiam clausa comprehensione in tenebris emicat, ratione causa Aristot. libr. de sensu & sensib. cap. 2. docet oculum in tenebris compressionem videre le ipsum: quod tamen non ita intelligendum est; vt video se ipsum totum, aut id, quod videt, video tamquam aliquid coloratum distinctum a lumine, eo modo, quo alpicies album verbi gratia illuminatum, vides illud, ut distinctum a lumine: sed ita, ut vides te solum secundum partem chrystillino in parte anteriori, oppositam, et qua reflexum pere exiguum illud lumen ad pupillam, seu chrystillinum reddit eam partem visibilem, non tamen tamquam aliquid coloratum distinctum a lumine, sed solum tamquam quoddam lucidum, quod idcirco rotundum appetat, quia tale est corpus, quod per prædictum lumen visibile redditur.

Alia autem ratio est eius, quod oculo aperito leviter compresso appareat interdicit enim est pars oculi, cui papilla in compressione oblique opponitur, luce extrin-

ſeca aliquantulum illuminata. Apparet tamen quidquid apparet, extra oculum, qd quidquid videtur, est extra illam partem, in qua dicitur fieri viſio, ſeu per quam, vt organum proprium, & præcium anima videtur.

446 Sed de hac ipſa parte non leuis eſt difficultas. Dicendum tamen viſionem nec fieri in corde, nec in ea parte neruorum, in qua coniunguntur: nec in aranea: nec in neruis opticis, qua parte in retinam expandi pupilli inferuntur, nec in ſpiritu viſoriorum contento in eadem parte neruorum optorum: nec in retina post humorem viſuum in oculi fundo: nec partim in retina, partim in neruis opticis in eodem oculi fundo: quibus omnibus ſentientijs rationum viſus porius, quam patronorum de eſt copiaſed in pupilla, ſeu humore chryſtallino, in quibus hic humores eſt, & in quibus non eſt in aliquo proportionali chryſtallino autem alii duo humores diuerſo m̄ famulantur, aqueus quidem anterius ſpatium me ſcapitando, in quo chryſtallinus nimis extrinſicis injuſiis expofitus fuſſerit adiutumque lumini ſua perſpicuitate ad chryſtallinum dando: viſus vero ſua mo le item perſpicua, qua ſatis magna, et lu minis ab obieſto propagati, & trax chryſtallinum etiam pertinens conum, faltem, quā paulo maior eſt, exhauriendo, an requa in oculi fundum perueniat, vnde ad chryſtallinum refluxus, ſi paulo mai or effec oculi fundum ſaltem in confusè re penteret, & viſionem turbaret, quod lu men per exiguum, alio multo maiore chryſtallinum occupante, & minoris ſenuſ im pediente, facere non potest. Verū cum viſio in humore chryſtallino fieri dicitur, id non ita intelligendum eſt, quia viſio in ipſo humore chryſtallino, vt in ſubiecto recipiatur, cum ſenſationes omnes forma liter, ſumprias in anima recipi ſupra dixerimus, ita in hu more chryſtallinus, & qui dem non ſecondūm punctū, aliud quod in diuīſibile, nec ſecondūm a ſteriorē ſu perficiem tantum, vt quidam dicunt, ſed etiam ſecondūm profunditatem fit organum proprium, & præcium, in quo recipi tur diſpositio proxima, & immediata in corpore requiſita ad viſionem, id eſt lumen, per quod anima videt. Idemq; proportiona lites dico de organis aliorum ſenſuum: licet nulla ſenſatio, eo mō, quo ſentiri po tent, ſentiantur, niſi in organoſquia ibi ſenti

tur, vbi eſt id, quo medio anima ſen tit.

447 Iam ad uisionem eliciendam, ut nō ſatis eſt, quod aliqui dicunt, nempe oculus recte diſpoſitus, & obiectum opoſitus, lumen in medio diaphano ab obieſto ad oculum viſq; excludit, & obiectum ipsum in debite diſtantia conſtitutum: ita non requiritur, nec omnino concurrit uilla extra missio, vt appellari conſuevit, ſue radioru m viſualium, ſue ſpirituum, ſue alterius cui uilquam rei, quæ ex oculis ad obiectum, aut etiam ad lumen in medio ab obieſto propagatum emittantur: concurrit tamē, & neceſſariō requiritur intus uifceptio, vi vocatur, hoc eſt recepſio intra oculum ad ipsum viſque chryſtallinum, & intra ipsun, non quidem corporis, nec ſpecierum viſibili um intentionalium à lumine diſtinctorum, quæ nullæ ſunt, quidquid aliqui mul tiplici experientiarum, præcipue, ut ſibi videntur instruclii præſidio contra tendat ſed luminis ipfius, quod ab obiecto per medium ad oculum viſque, & intra ipsum, re diuſum eſt, propagatum, (& quidem fine uilla in iplo ſaltē ſenſibili refractione, ad quæ non quodlibet paulo deniuſ medium ſufficit) præſtat omnia, quæ dicuntur præſtare prædicta species, & conſequenter eſt ſufficientis medium, per quod anima, obiectum a quo ipsum propagatum eſt, videat, ſue huiuſmodi obiectum directe, ſue reflexe, ſue refracte videndū fit.

Quamuis, quæ perſpectui de viſione, ſi ue directa, ſue reflexa, ſue refracta doceat, æquè per extra miſſionē, ac per intus uife ptiōnem explicari ab iphis poſſint. Quæ cā eſt, cur Att. non ſuam ſecutus ſentientiam, ſed veterum ſe opinioni accommodā, quæ dam ad viſionem ſpectantia interdum ex pliſat per extra miſſionem. Nec verò ſolit, quod directe, ſed etiam, quod reflexe per ſpecula, aut refracte per aquam, aliudue corpus refractioni aptum videtur, in ſe ipſo immediatē, non autem in aliqua ſu pte intentionali videtur: licet nec quod reflexe, nec quod refracte videtur, ita vñquam appetat, vt eſt, ſed aliqua in ijs ſenſer, ut ſep̄, etiam in ijs, quæ di recte videntur, contingat viſus, rem ali bi, aut aliter, quām a parte rei fit ſuo mo di iudicantis deceptio. Vnde intelligas etiam rem, quæ in ſe ipſa, immediatē, non autem in aliqua ſu pte, aut ima

gine videtur', natura sua duplicitate esse nobis representabilem: uno modo , ut a parte rei est, alio modo: ut a parte rei non est.' Quod idem proportionaliter dicendum est etiam in aliis sensibus.

448 Nihil tamen videri potest in perfecte perspicuo, qua tale est, sed tantum in perspicuo aliquo modo terminato seu opaciorque causa est, ut lumen transiens per vitrum viride, verbi gratia, vel rubrum non representet oculis eius colorum in aere, sed tantum in pavimento, alio ne corpore opaco.' Cur autem non semper lumen representet colorum corporis a quo propagatur (quod idem de speciebus visibilibus intentionibus coguntur dicere, qui eas admittunt) causa est; quia nec ipsum semper est sufficiens intensum, nec color ab ipso representandus sit vitrux, ut est admodum iuridus, aut admodum rubens, nec denique corpus, in quo representari debet debito dispositum, aut in debita distantiâ: quia omnia cum adiuvit sic hæc coloris tanquam imaginis cuiusdam representatio, ut in seculo, in quo arborum viriditas aliquando representatur: in ambulatibus per prata, quorum vultus in terdum apparent virides: & in aspicientibus purpuram, aliumque pannum insignitem rubeum, in quorum faciem rubor quidam refunditur. Verum etiâ prædicti coloris per lumen representati habeant rationem imaginis non videntur tamen ex determinato tantum plecto, aut loco, ut imaginis in speculi, sed vndique indeterminatè huius diversitatis alia apparet ratio, quam ipsa natura speculi, seu corporis habentis rationem speculi, & non habentis diversitas. Idem proportionaliter dicendum est de imaginibus, quæ immixti in obserum cubiculum per exiguum foramen lumine incharta, aut pariete, inuersa tamen ob radiorum intersecione, apparent. Ratio autem cur post vitrum vehemens uisibile in aliâ partem versi, adhuc illud videris nobis videamur, in motum spirituum visuorum in oculis residentium, & phantasiam videris referenda.

449 Cur dous uno nō otio naturaliter alter et in eandem partem necessario moueat cur est quod nesci motorii, qui ex secunda conjugatione in singulos oculorum muscles inferuntur, in principio continui sunt; quo sit, at inde moueri no possum dextri, quin simu! in eandem partem mouean-

tur finitri, nec è contrario. Quid sane sapienter natura author instituit, tum ad uis perfectionem, tum ne si alter oculorum sursum, alter deorum moueretur, axes conorum visiorum, non in eodem plano, sed alter superior, alter inferior ad oculum ferrentur: quod si fieret res una, & sacerdote unum axis uideretur in situ superiore, per alterum in inferiori, atq[ue] ita necessario duplex appareret: ut contingit interdum in parali si, & conuulsione muculorum oculos momentum in ebris, in strabonib[us], cum alterum oculum digito atrollimus, aut deprimimus, altero in suo situ reliquo, & cum digitum inter oculos, non longe tamquam ab ipsis remotum, & oculis nō in ipsum, sed in aliud remotius obiectu intentis, tenemus. Quod idem proportionaliter evenit in tactu, si unus digitus alteri, ita superponatur, ut utroque tamen globulus quispiam tangatur, tunc n. globulus unus duplex iudicatur. At dubitabit forte aliquis, qui fiat ut duob[us] oculis, & quidem satis inter se distib[us] res, quia una est, una ē non duplex esse uideat. Cui respondendū est in oculis conorum visuorum, qui ad oculum ferentes in eodem sint plano, & coni oēs candē habeant basim, rem unam, sp unam, pon aut gemina uideris: quia utriq[ue] oculo in uno, eodēq[ue] ita representatur: qd no cōtingit cū axes prædicti nō sunt in eode plano, ut dictū est.

450 Cur eadem adæqua uisione quædam distincte, quædam confusa, & obscuritate uideantur, causa ea est, quod eadem adæqua uisione, quædam directe, quædam late raliter opposita uideantur, & illa sp distinctius, & clariss, hæc confusius, & obscurius uidentur: & qd eis sp distinctius, quo pauciora, & minoria, eo confusius quo plura, aut maiora fuerint. Cur propinquiora maiora remotiora minoria apparet, cā est: quia illa sub angulo maiori, hæc sub minori representantur. Sed cur remotiora confusius cernantur, cā est: quia ex longinquo multæ partes obiecti uisibilis ob exiguitatem non p[ro]p[ter] secundum se forsum, sed tñ cū aliis, quibuscum maiores sunt, conum luminis sensibilem, per quem uideantur, in oculum propagare, tametsi cum aliis sp quoque confuse uideantur. Quæ etiam proportionaliter cā est, cur angulofa è longinquo rotunda appareat, angulis. s. secundum se ob exiguitatem minimè representatis.

451 Cur senes obiectum propinquum impfecte, paulo remotius perfectius cernat

Iuuenes vero quidam debilis viuis è contrariis eauis illa videatur esse, quod axes honorum visuorum ab eadem obiecti visibilis hacten ad crystallinum propagatorum. Qui si alii ad aliam crystallini partem paulo distauitorem, & non in eodem piano ferantur, in causa sunt, ut obiectum cum quadam multiplicatione, & consequenter paralaxi, seu aspectus diverxitate, & confusione videatur, per oculi comprehensionem muscularum oculum mouentium, eundemque si sum, immotumque tenetum conatus factam, qua, & vix foram, & ipse crystallinus cum aliis humoribus magis constringitur; vt inter se magis vniuent, & per modum unius sensorium affectuuntur. In causa sunt, ut obiectum finalia multiplicatione, paralaxi, & confusioni appearat: hanc autem oculi comprehensionem, quam iuuenes tum ob eiusdem oculi humiditatem, mollescunt, tum job spirituum copiam minimè sibi difficultem experientur, senes tum ob maiorem oculi ficitatem, tum ob spirituum defectum effere non sati possint: aliquo tamen modo compensant, tum palpebrum constriktionem, exigua tantum inter eas relata rima, quo sit, ut non toti visui crystallinū ferri possum axibus inter se distantibus, tum obiecti remotione, qua sit, ut predictorum conorum axes magis vinti ad crystallinum ferantur: At iuuenes debilis viuis, vel ob humorum, & pricipiū crystallini nimiam raritatem, vel ob spirituum usoriorum defectum, maioris indigent luminis ab obiecto propagatione, ut sensant, id est, obiectum sibi admoutere solent, ut fortius agat. Ex quibus non difficile intelligi possit, cur senes perspicillū concavū in medio crassioribus, iuuenes vero debilis viuis perspicillū concavū in medio gracilioibus, iuuenies extrema crassioribus iuuentur. Ratio enim primi est, quia perspicilla illa conuexa, tum axes conorum visuorum, ad perpendicularē refringunt, & consequenter uniuersi in ipsa perpendicularē, quia vnione tollunt illas visionem confundentes parallaxes, tum obiectum sub angulo maiori, & consequenter maius representant: ratio vero secundi est, quia perspicilla illa concava prædictos axes a perpendiculari refringunt obiectum sub angulo quidem minore, & consequenter minus, quam sub angulo naturali directo ap-

pareret, repræsentant, sed ramen per angulum illum minorem lumen magis vnitum, atque adeo fortius agens in oculum transmittunt. Alia plura scitu non iniucunda de visu adiungi possent, sed haec ad insti-tutum satis videntur: & de aliis etiam sensibus aliquid in medium afferendum est.

15
auditus,
& sensus
de finibus.

452 Auditus, qui visum nobilitate proxime consequitur pro obiecto formaliter habet auditibile, hoc est id, quod proxime est terminatum auditionis, & tale est, quod realiter est, sonus cum omnibus sensibilibus communibus cum modificantibus, & determinantibus. Reat autem sonus ab Arist. de Anima. xx. definitus est motus eius, quod potest, moueri modo, quo resultantia a leuiibus, cum aliquis percussit, id est motus eius corporis verbi gratia, aeris, aut alterius, quod ita numeri, seu resiliere possit, eum aliquis ille sud percussit ut resiliunt, quadam, verbi gratia pilæ a corporibus leuiibus cum ipsis corpora illa percipiuntur. In qua definitio ne sonus dicitur motus non formaliter, sed causaliter, quia causatur a motu percussione, de quo infra dicuntur deinde (eius, &c.) vt significetur sonum causaliter non esse quemquam motum, sed similem illi, quo quædam, ut pila, aliaque huiusmodi反映it a corporibus duris, & leuiibus, similem inquam non vniuocem, sed analogiem, quatenus una percussi aeris, verbi gratia, pars aliam pelit, atque ita totus aer a corpore percuteante resiliere videtur, vt a corpore duro, & leui, quod ad hoc aptius est, quam a spernum, & inæquale, resiliat pila, aut aliquid huiusmodi. Facilius tamen, & clarius definiri sonus potest hoc modo: sonus est qualitas apta proxime mouere sensorium auditus, vt tale est, orta ex corporum formaliter, vel aquiualeter solidorum percussione, seu collisione. Prima particula, quæ est (qualitas) ponitur loco generis, est enim sonus passio, pertinens ad primam speciem qualitatis. Secunda, quæ est (apta proxime moueri sensorium auditus, vt talis est) hoc est, ita ut sit id, quod sensorium auditus proxime, & formaliter disponitur, vt per ipsum auditio exercetur, ponitur loco differentiæ. Tertia, quæ est (orta, &c.) ponitur ad indicandum eius causam efficientem, quæ est percussio, seu collisione (sic enim percussio hic sumenda est), corporum solidorum, vel formaliter, vel aquiuale-

lenter, hoc est solidis aquivalentium, aut quoad vim comprimendi, & frangendi aerem, cuiusmodi sunt, tunc corpora valde mobilis, tunc etiam valde tensa, etiam si a longinqua tenuia & molia, aut quoad vim resistendi, cuiusmodi est aer, & aqua, & quodvis aliud corpus, quadrupliciter mobile, cum celerius percussitur, quam naturaliter aptum sit cedere, atque ita libera eius evasio antevenerit. Non ita tam intelligentia est sonus effici a percusione, seu collisione predictorum corporum, ut sit terminus intrinsecus motus localis percussiois, seu collisionis predictorum corporum, sed ita ut sit terminus intrinsecus alterationis, seu actionis, quae dicitur sonatio, confederatus tamen non ut alteratio, seu actio, sed ut qualitas attribuit a predictis corporibus mediis percusione, seu collisione.

453 Ad quam interdum concurvant corpora realiter distincta, nempe percussions, percussum, & medium, ut in pulsatione campanarum in qua percussions est malleus, percussum campana, medium aeromina autem percussions, & percussi intelliguntur hic percussions, & percussum principaliter, cu[m] aliquo etiam quatenus pelitur, & pellit, percussi, & percussions, sed minus principalis ratione habere dici possit: interdum concurvant tantum duo corpora realiter distincta, sed vel unum, vel etiam vtrumq[ue] singulatum sumptum subiectum vicem duorum: vnum quidem, ut cum baculo per aer[em] celeriter circa acto, aer secundum vnam sui partem baculo propinquior est subiectum vici medij, secundum alteram a baculo remotiore, quae media prima celerius percussitur quod naturaliter apta sit cedere, ideoq[ue] alii quantulum reficitur, arquita habet rationem corporis aquivalenter solidi, seu durior quam vim resistendi, subiectum vici percussi vtrumq[ue] autem singulatum sumptum, ut cu[m] flagello per aer[em] celeriter extendo, & reflexo, aer secundum vnam sui partem flagello propinquior est medij, secundum alteram a flagelo remotior est, percussi vice, ut d' Etum est lumbis flagellum vero secundum vnam sui partem, quae magis mouetur, & reflectetur percussio, & secundam alteram, quae minus mouetur percussi, & si force ceperit aer resisteris ratione habet: interdum denique, nec concurredunt tria corpora realiter, aut aquivalenter distincta, duo tamen ipsorum ita se habent, ut non vna tantu[m] percussi, alteru[m] percussi, sed vtrumq[ue] quatenus agit percussions, quatenus patitur percussi, & quidam principalis vice obeat: ut cib[us] duo laxa, vel uno insolidi ferri, aut ligati

flexilis partes ex quo inter se fracta collidunt. Et iuxta hanc intelligendos est Arist. et 2. de Anima tex. 78. distinguunt tria corpora ad soni cōcurrētia nēne percūtiē percussū, & mediū. A quo autē efficiētū est percussio, seu collisiō, ab eo ē effectuētū est sonus.

454 Sed quæcunq[ue], & quomodo concordantia finit corpora ex quorū percusione, seu collisione edendus ei sonus, necessariō solidā, seu dura modo explicato esse debet. Alijs autem quorū conditiones, nō impliciter ad sonum, sed ad maiorem, percussione, & percussiōis requiruntur. Quarū prima est, ut huiusmodi corpora sint lata, ut mūlū aeris (sc̄ idem proportionaliter intelligendum est de alio soni medio, si quod est, de quo infra) recipere, ac frangere possent. Secunda est ut vni sint levia, ut aerē aqualiter frangant, vni in maior, & aqualiter oritur sonus: tum ne si inæqualia, & foraminosa sint, aer foraminibus le insinuans fractionē effugiat. Et iuxta hanc conditionē intelligendus est Arist. 2. de Anima tex. 85. vbi docet ad sonum efficiēndū oportere quod percūtitur regulare esse. Tertia est ut sint concava ad sonum multiplicandū, & diu continuandum, ob molle plenum aeris in corporibus cōcavis, ut sunt lyra, cym bala, tympana, tintinabula campanarum, ab una ad alteram partem resistentis afflitione. Quarū tertiā, ut sint aerea, seu aeris naturam, vna cōficio subtili terreo participantia. Vnde multa solvunt ad sonum attinentia problemata, ut car plumbum & flammam imbecillum edant sonū, quis aqua magis quam aerea sunt. Cur ferrum paulò maiorem, sed obvolum sonum efficiat, quia plus a liquido aereō natura, sed multa, & crassum siccum terrene habet. Cur aurum, argentum, & cuprum magis resonent, quia magis aerea sunt, & siccum terrenū magis teneat. Quae habent Cur inter hanc argētū maxime resonantes, quicquid scilicet, & partes rarores, miscungi, copitatis habet. Cur calyx adhuc argētū magis sonorus sit, quia adhuc est sicior, qua causa est, ut faciliter etiā frangatur. Eademq[ue] differentias in lapidis, & lignis proportionaliter impenes. Cur autē scilicet soni propagationē tarditatem iuste, humiditas impedit, preter naturale harci, ut alii in multa tardi qualitatē sympathia, & antipathia, illa etiā est causa, quod scilicet magis resistit impediti humidū minus; ideoq[ue] à secō aer magis ab humido minore resistit, minus humido facile adhuc fricit, nō tētē sicco. Quādēcēt. ut sine aperturā tremere. Vnde kēlligas prius, cur fidū corda teatatur. ut scilicet a magis resopat ratione.

est, quia tenſa magis tremunt, & conſequē ter aerem hinc inde magis impellunt, & frangunt. Deinde cur corpora friabilita, & quaſi friabilita, & quidem hac præcipue, percutia valde ſonent: ratio enim eſt, quia valde tremunt.

455 Dicuntur hic corpora friabilita, quæ friari, hoc eſt in minutissimas partes facile frangi poſſunt, vt vitrum, glacies, & huiusmodi: quaſi friabilita vero, quæ licet in minutissimas partes facile frangi no poſſint, facile tamen tremorū concipiunt; ita vt ſi percutiantur, omnes eorum minutissimæ partes a proprieſti ſuū aliquantum diſcedant, & rufus ad eundem velocissimè redcant, atque hoc modo tardi agitentur, & tremant, & conſequenter aeris aliſionem, & ſonum efficiant, donec motu paulatim debilitato, ac tandem finito, omnes in ſuō naturali ſitu queſcant: cuiuſi mo di corpora ſunt Campanæ; in quibus partium hac agitatio, & tremor, dum vehe menter ſonant, fatis clare obſervatur, quæ non aliam ob cauſam ſonum tardi continuant: & ſi ferro, aut etiā ligno, dum vehe menter ſonant, ita tanguntur, vt earū partes ab iplarum malloſe moſe equaliter agitari, atque ad ſuū reuerti ſitum prohibeantur, facili franguntur. Clarius tamen eadem partium agitatio, & tremor appetet in cyatho vitreо aqua ſemipleno, cuīus labro, ſi quis digitum humectatum, ita circumducat leuitate apprimens, vt aquam non tangat, aquam tamen ſitum ſtrement circumduet: cuius moſus non alia poteret reddi ratio, quam prædicta partium cyathii in eandem partem agitatio, & tremor. Sed ad ſonum reuertantur.

456 Subiectum, & medium ſoni non ita diſtinguenda ſunt, vt ſubiectum fit illud tantum, in quo pirmo prodiuit, in deum vero illud, per quod iam prodiuit propogat: ſed ita, vt ſubiectum fit omni illud, in quo ſonus recipitur, ſive dum pirmo prodiuit, ſive dum propagatur, medium vero illud, per quod propagatur, quamvis nul luſu ſit huiusmodi medium, quod neceſſario non ſit etiam ſubiectum, & quidem etiam prima productionis re ſpectu alicuius partis ſoni. Nec ſubiectum ſoni ſumpit, vt dictum eſt, aut etiam re strictum ad ſubiectum prima productionis eſt ſolus aer, ſed etiam aqua, & aliud multiplex corpus, ſue ſit medium, ſue per cutiens, ſue percutitum, licet Aristot. 2. de

Anima teſt. 85. horum tantum duorum poſt tremorum exprefie meminerit, & vtrunque, ſed diuerſo modo, ſonare docuerit. Præcipuum tamen ſubiectum, & medium ſoni perfecti eſt aer, & ſic intelligendum eſt illud Arist. 2. de Anima teſt. 87. ſonus aeris moſus eſt: poſt aerem vero illa corpora, quæ ſunt magis friabilita, aut quaſi friabilita. Dixi apud nos, quia in celo empyreo aliud a Theologis ſoni ſubiectum, & medium aſſignatur. An autem dux corpora ſo no efficiendo, & ſuſcipiendo apta, verbi gratia, duo metalla ſi in vacuo, & confequenter ſine villo medi: inter ſe collideantur, ſonum ederent, dubitamus alicuius ſed affirmandum videtur: quia nam diſtin ſum ſonum non ad aures cuiuſquam pro pagant, ſed tantum in ſe, recipi ent.

457 Grauior apud aliquos difficultas, eſt ut ſonus per totum medium realiter, an intentionaliter, an per aliquod ſpatiu realiter, & deinde intentionaliter, an per totum medium, & realiter, & intentionaliter ſimul multiplicetur, ſeu propagetur. Affirmandum vero eſt per totum medium realiter, nunquam autem, & nuſquam intentionaliter, ſeu per ſpecies intentionales ſeni, quæ nullæ ſunt, propagari: & cuide m non ita, vt ad eius propagationem tem per neceſſarius ſit moſus localis aeris, alterini uero corporis medii rationem habentis: ſed ita, vt ſonus per moſum percuſſionis, ſeu collisionis, modo ſupra explicato, producetus, aliquando quidem per moſum localem medii ad auditum viſque, aliquando autem per moſum localem medii ad aliquod viſque ſpatiu tantummodo, deinde ſine moſu locali medii ad auditum viſque propagetur. Nec tamen moſus hic localis imedi ita fieri exiſtimandus eſt, vt eadem numero pars medii, verbi gratia, aeris per totum ſpatiu, quo huiusmodi moſus du rat, localiter tranſeratur: ſed ita, ut pars a percutiente immeiatē moſa aliam, & alia deinceps aliam ad certum viſque termi num impelliat, & moueat: vt cuin calcuio in aquam proiecta unda vndam in orbem uerget, & incitat. conſequenter nunquam eadem numero ſoni pars, quæ in parte aeris a percutiente immeiatē moſa, vt in ſu bieco recipiatur, ad ſeniorum auditus prima percurrit, ſed alia per illam in alia medi parte ulterius propagata, licet poſt ipsam nihil repinguat in parua praeficit.

distantia' peruenire etiam illa, quæ in parte aeris a percussione immediate mota, ut in subiecto recipiat. Non potest autem dubium esse, quin sonus, quatenus per motum localem medii modo dicto propagatur, in tempore, non autem in instanti propagetur.

Sed an, cuia primò producitur, & cum ex termino, ubi desinit motus localis medii, viterius sine motu locali propagatur, in tempore, an in instanti producatur, & propagetur, dubitari non iusserit potest.

Respondendum tamen ad verunque videtur in tempore, non quia sonus habeat contrarium impediens, quominus in subiecto recipi in instanti posse: sed quia natura, ita potuerit successuè produci, siue primò producatur, siue quoniodcumque propagetur, neque idcirco necessariò concedendum est ad sonum producendum non sufficiere conditionem factam per contractum instantaneum sine comprehensione vila corporum solidorum, licet, ut plurimum aliqua, & tamen semper sensibili, intercedat, quamvis qualitas translatua mobilis, que est terminus instantie motus localis collisionis iuxta alibi dicta de motu locali per illud suum, per quod in instanti est, sicut potest efficiere in tempore immediate post illud instanti conseqüente, aliam simili qualitatem translatinam insta, alibi dicta, ita non possit efficiere sonum.

458 Propagatio igitur soni, & propagationis lumen, in hoc differunt, quod illa successiva, hac instantia, et i fed in hoc conuenienter, quod utraque, nisi per accideas impediatur, non restat tantum, sed in orbem sitita, ut sicut idem luminosum a pluribus, non per eandem, sed per diversas luminis partes, videri potest, ita idem sonans a pluribus, non per eandem, sed per diversas soni partes, sicut per seipstam Reflexio vero soni reflexionis luminis partim similis, partim dissimilis est, sicut illi, quatenus aliqua soni pars, quæ directe viterius propaganda erat, in iure obstatculo verius principium propagatur: dissimilis quatenus capte non aliqua soni pars modo dicto reflectatur, sed etiam subiectum soni, praeterea aer, secundum aliquam sui partem in obstatculo impingens, verius principium soni, & motus in aere facti repelluntur. Atque hoc modo fit Echo ex Aristotele 2. de Anima tex. 30. vbi Echo auctor sit, inquit,

quando ab aere uno facto propter vas, quod terminauit, & prohibet frangi, iterum aer repellitur, quæadmodum sphera: id est, quod ab aere collecto, & vno p[ro] figura corporis caui quasi vas illum ita terminatis, & continentis, vt frangi, ac dissipari prohibeat, aliud aer a corporibus sonantibus impulsum, & aerem illum collectum, & unum impellens, premens, & addensans, sed ob resistentiam corporis duri illum terminantis, & continentis, ut dictum est, frangeat, ac dissipare non ualens, repellitur, & resilit, vt pila, quia aer illi presso, & addensa to suam raritatem, statumq[ue] naturalem redeunt cedere cogitur. Vbi exemplum pilæ non ita sumendum est, vt quemadmodum eadem numero pila per totum spatium projectetur, & resilita eadem numero pars aeris per totum spatium impellatur. & repeatitur ut supra in definitione soni ab Aristotele explicauimus. Nihil tamen repugnat, nec improbatibile est, sonum, ut per aliquod spatium sine motu locali propagatur, ut supra dictum est, ita sine motu locali reflecti, arque ita etiam sine motu locali fieri so[n]o, licet minus claram ab minorem soni intensiōnem. In quam sententiam non incommode accipias verba illa Ar. t. citato: videatur autem semper sicut Echo, sed non clara, quia accedit in sono, sicut, & in lumine, etenim lumen semper reperiatur, &c. intellige quandiu vix propagandi se habet: est idem Aristoteles supra illam tantum explicito Echo, que sit per motum localen aeris, quia est clarior.

459 Hinc intelligas quid sit Echo, nihil enim aliud formaliter est, quam soni, vocis, siue inarticulatae, siue articulatae reflexio, seu reflexa propagatio.

482. Sextum eft, an qualitas ſenſibilis, qua in ſenſorū proprijs, & preciſis ſenſu exterioreſ recipiunt, habeat rationem obiecti, quod ſenſiatur, an tanè in obie- cti ouo, ſeu medijs quo, aliud ſenſitorum Reſpondetur in ſenſorū proprijs, & pra- ciſis viſu, auditu, & odoratu, habere tan- tum rationem obiecti quo, ſeu medijs quo aliud, hoc eſt prium ſenſitorum ſenſitorum in gusto autem, & tactu, habere rationem obiecti quod. Cuius diſcernimētis ratio in diuersis in horu ſenſorū, & obiectorum ſenſibilitate, naturam ſupra explicataſ referenda eſt, ut modis ſediamto. 483. Septimum eft, eur vno aliquo ei- uis ſenſibus circa aliquod obiectum ve- heſenti occupato, alij ſuo munere mihi- bus perfec̄te fungantur. Reſpondetur, quia ſpirituſibus ad ſenſationem necſarij ad illū ſere vnum attrahit, alij necſario ſi pro- prieſmodum deſtituuntur, que etiā eis.

sa est; et ut aliquid etiam si sensorium visus humanus, aut sensorium auditus sonum in se recipiat, nihil tamen videamini, aut auditamini. Fieri etiam potest, ut actus aliquis sensuum exteriorum non solum in brevitate, in quibus sunt materialis, sed etiam in nobis, in quibus sunt spiritualiter, ex supra dictis, non solum remittantur ad maiorem remotionem, aut similitudinem mutationem, ratione cuius obiectum in sensorium minus agat, sed etiam corrumpantur, & desinat particulariter ad ablationem partis obiecti, & quod idem proportionaliter dicendum est de actibus intellectus, & voluntatis. Quare actus spiritualiter, licet sine individuis in ordine ad subiectum, sunt ratiunculas, divisibles, non solum ratione intentionis, seu latitudinis gradualis, sed etiam ratione extensionis non localis, seu in ordine ad locum, sed obiectus, seu in ordine ad obiectum, ita ut possint corrumpi, & desinere secundum unam sui partem, secundum quam respiciunt unam partem obiecti, & non corrumpi, & desinere secundum aliam, ut proportionaliter contingit in lumine a pluribus obiectis, vel pluribus eiusdem obiectis, & partibus propagato in eodem medio.

434. Octauum est, quo modo dicatur visus esse aquae auditus aeris, odoratus ignis, gustus, & tactus terra. Responderet id Arist. lib. de sensu, & sensib. cap. 2. dicentrum ex hac suppositione, si vnumquidque sensorium sensuum exteriorum, vni elementorum assignandum sit. Atque hanc assignationem certi spectatis, partim in sensoriis, partim mediis, partim obiectis, horum sensuum non aveamus spectatis, aut sensoriis tantum, aut mediis tantum, aut obiectis tantum.

435. Nonum est, an in omnibus animalibus sint omnes hi quinque sensus. Respondeatur ex dictis patere gustum, & tactum esse in omnibus, sive perfectis, sive imperfectis; quamvis id non experientia in plerisque, sed ratione tantum competet sit; quam sane optimam affect Aristoteles lib. de sensu, & sensib. cap. 1. alias autem tres sensus, in omnibus, quidem paulo perfectioribus animalibus etiam aquatilibus reperiuntur, sed non in omnibus imperfectis. De Talpa ambiguum videtur, an oculos habeat, & quidquam videat, oculos tamen habere, sed valde interiorum conditores, & consequenter etiam aliquid, sed confusa admodum certum, affirmandum est.

Ista facile Arist. sibi ipsi conciliabitur, qui libro primo de Hist. cap. 9. & lib. 2. cap. 8. Talpam videntur, aut oculos ad videntium apertos habere negantur, in secundo autem de Anima. t. 1. vtriusque videretur affirmare.

De apibus etiam dubitant quidam, an audiant. Sed dicendum est audire sonos, non tam percepere sermonem, & nomina, que animalia tantum disciplinae, taliter modo, percipiunt. Atque haec distinctione apparenter in Aristotele repugnantiam, qui auditum apibus sub initio librorum Metaphysicorum negare, lib. au. ten. 9. de hist. cap. 10. concedere videntur faciunt. Baldem apes, sicut, & culices, & formicas odorari, compertum est.

436. Decimum est, quis nam ex his sensibus alius praeter. Respondetur simpliciter loquendo nobilissimum esse visum, non solum quod sensuum hic, ut cum Ar. librorum metaphys. initio loquar, vel maxime nos cogoscerre quidqua in facit, multaque differentias manifestas, sed etiam quia nobilissimum, & ad alteram obiectum phantasmata imprimenda efficacissimum habet operandi modum, deinde auditum, tum alios eodem ordine, quo supra enarrati, explicative sunt: ad vitam tamē tuendam maximē necessarium esse tactus ad disciplinas autem ex aliis doctrinae capacestas omnium virtutissimum esse auditum, qui propterea sensus disciplina appellari solet. Recte tamen Aristoteles lib. de sensu, & sensib. cap. 1. aduersus hoc esse per accidens, quia auditu percipiuntur nominis, quibus discipline traduntur: quia ait esse causam, cur careat ab ortu suordis, & multis prudentiores sint: cum visus secundum se plura percipiat, & disciplinas non matte acq[ui]rebit, magis conseruat. Alia his omnibus, vel pluribus sensibus communis ex supra dictis iustificari possunt.

437. Sequuntur sensus interni, quos dari certum est. Hi recte communiter quattuor numerantur, sensus communis, Phantasia, Aestimativa, & Memoria sensitiva. Sensus communis non in predicando, sed in sentiendo communis dicitur, potentia illa sensititia interna, quia obiecta, & sensationes omnium sensuum exteriorum in animali, in quo ipsa est existentium, conundemque obiectorum, & sensationum differentias, sed in praesentia tantum iporum obiectorum, cognoscit. Phantasia, seu imaginatio-

47
sensus
interni

ua. (hac enim non distinguuntur, nisi ut vocabulum grecum à latino) dicitur potentia illa sensitiva interna, quæ obiecta sensibilia absentia cognoscit, & quæ inter se varijs modis componit, separat, mutat &c. Aestimatus, & quam quidam in homine vocant cogitationem, dicitur potentia sensitiva interna, quæ in rebus sensitilibus sive presentibus, sive absentibus quædam rationes boni, & mali, seu convenientis, & disconvenientis, v.g. rationes utilis, & noxijs, amici, & inimici, patris, & filii, aliasque huiusmodi à nullo leso ex exteriori cognoscibilis, id est que intentiones non sensatas, à quibusdam appellari solitas cognoscit. Memoria denique sensitiva dicitur potentia illa sensitiva interna, quæ recordatur rerum sensibilium, hoc est cognoscit res sensibiles, vt ranta cognitas, seu obiectas.

488 Rētē tamen etiam sub alia ratione plures, paucioresve, quam quatuor predictos sensus internos distinguuntur, aut etiam unum tantum unus. prout obiecta formalia, in ordine ad quæ potentes omnes specificantur, modo alibi supra explicato, in plura, pauciora membra dividuntur, aut etiam omnia sub una adequa ratione formaliter comprehenduntur. Exempli causa recte, vel duos tantum faciunt communem, qui circa obiecta sensitibilia praefertur: & phantasiam, quæ circa absentia veterum, aliis duobus ad hoc resucentia; vel muliò plures, quam quatuor, distinguendo sensum communem in eum, qui percipit obiecta, & sensations sensuum exteriorum, & cum qui percipit eorumdem delectatias &phantasia, verbo tam, qui percipit obiecta sensitibilia absentia, & ram, qui eadem componit, separat, mutat, & hæc propriè quibusdam vocatur, vel denique unum tantum, qui circa obiecta omnima sensibilia, sive praefertia, sive absentia veterum, sed inquit quod sumptus distinguatur, ut dictumus, mule tamen quidam huius sensus ita distinguunt ut aliquæ esse dicant, cuius proprium sit tantumphantasma producere, aut confernare, & si hoc verius simus p̄r̄ stare. At modo supra indicato, quocumq; denū hi sensus conseruantur, secundum id, quod dicunt in anima, nec inter se, nec ab anima distinguuntur, nisi formulariter, seu virtuiter: secundum id versus, quod dicunt in corpore, an plusquam formaliter; seu virtuiter distinguuntur, spectandum est ex coru organo, seu sensu proximo, quod son et coloris est, hoc ratione spirituum dici possit sensorum remo-

toem, & vt sepe ab Aristot. dicitur, primū: sed est aliquid in capite situm: non tamen spiritus, vt quidam profus improbabiliter opinantur: nec meninges seu membrane cerebri, ut alij minus improbabili volunt: sed cerebrum ipsum secundum suā substantiam: non quidem ita, ex quatuor sensibus modo sive predicto distinctis singulis in singulis cerebri sinus, qui quatuor sint, duo in parte anteriori, uno medius, & alius in parte posteriori collocentur, quod modicunque tandem distribuantur sed ita, vt omnes pro organo, seu sensu proximo habeant eandem cerebri substantiam, & quidem maxime secundum parrem anterius remac proinde nec ratione organi, seu sensu plurem formaliter, seu virtuiter distinguuntur. Hinc intelliga, hos sensus non alia ratione, quæ omnibus conveniat, dici inter nos, nisi quia organum habent magis internum, & reconditum, quā qui discutunt exteriori.

489 Difficillimus vero intellectu est modus operandi horum sensuum internorum: danda tamen opera est, vi etiam quantum fieri potest, explicetur. Ac primū quidem ad omnem sensum internorum operationem supponitur operatio: Alius sensum exterozum, vel presentem, vel praeteritam. Ad operatio acm tamen sensus communis requiritur semper operatio aliquæ sensuum exteriorum presentis, praeterquam quando ab illo cognoscitur, modo alibi explicato, priuatio obiecta aliquæ sensus exteri. Deinde quidquid levatur à sensu extero sentitur etiam: eodeam tempore, sed posterius natura, & actu realiter diverso, & sub alia ratione formaliter à sensu communis, aut etiam stimulatus, quando hæc etiam sensu extero, & communis operatur, sensum potest etiam a phantasiam, & memoria sensitiva. Quamobrem magna est inter sensus internos exterozque connexio, non tanto tamen, ut interni nihil omnino cognoscere possint, quod nos ab extero ante cognitionem fuerit. Et si quemadmodum nihil est in intellectu, quod prius aliquo modo non sufficiat sensuca nihil proportionaliter sit in sensu interno, quod prius aliquo modo non fuerit in sensu extero. Duplex iterum potest aliquid dici aliquo modo esse in sensu interno, vel ratione sensitiva, & aliud sensus interni, vel ratione phantasmarum illud aliquo modo representans: neque enim ambigendum, hic est phantasmatum, seu species sensibiles à sensibilibus omnibus

43
Modus
operandi
sensuum
internorum

43
Epistola
magis

diuersas

diversas obiectorum sensibilium quasi vi-
carias, sine quibus anima obiecta sensibili-
ta, qua præsens cognoscit, absentia co-
gnoscere naturaliter non posset, dari: & co-
sequenter falsum eorum esse opinonem,
qui ad hoc, ut anima sensibilia, qua al-
iquando præsens cognoscit, absentia quo-
que cognoscere possit, satis existimat, ef-
se. Ut et aliquando præsens cognoverit,
etiam si deficiente huiusmodi cognitione,
nulla & ipsam species sensibili, seu phan-
tasma, quo representari ea possint refingua-
tur. Dixi quo representari ea possint, quia
phantasma quodcunq[ue] in sua entitate ac
evidens est de genere qualitatis, & quidem
corporis, quod natura sua est imago, seu
formas, & colorum, effigies, simulachra, ido-
lum, typus (his enim omnibus nominibus
appellatur) non formalis, sed virtualis res
aliquant sensibili.

490. Dicitur autem hic imago forma-
lis illa, qui in sua entitate, ratione accide-
tum similitudinem est ei, cuius est imago, &
cognosci a nobis naturaliter potest, rum for-
maliter, ut imago; tum etiam materialiter,
ut res quædam est: cuiusmodi est ima-
gopicta, verbi gratia, Pontificis. Imago
vero virtualis illa, qui licet in sua entita-
te non sit modo dicto similes ei, cuius est
imago per se loquendo, in tamen habet
illud representandi: vel ita, ut ipsa incog-
nita maneat, & habeat tantum in ratione
quo, seu medit, & instrumento, quo aliud
cognoscatur: vel ita, ut ipsa cognoscatur
non materialiter, ut res quædam est; sed
formaliter, ut imago est: sic habet aliquo
modo etiam in ratione quod, seu obie-
ctu quo cognoscatur. Imago virtualis pri-
mi generis est, cognitio quælibet, sue sen-
suum, sue intellectuum, quatenus per illa
aliquid cognoscitur: qui propter dicitur
species expressa, quia exprimit, hoc
est potentia cognoscitiva, si ipsa formalis-
ter representat id, quod cognoscitur, & q-
uem vitaliter, quatenus est actio vitalis, li-
cer ipsa secundum se incognita maneat in
cognitione directa. Imago virtualis secun-
di generis est: tum species sensibilis, seu
phantasma, tum species intelligibilis, de
qua infra: quæ veraeque propter dicitur
species impressa, quod illa cerebro, hac in-
tellectu, ut infra, ita imprimitur, ut etia
cognitione, seu specie expressa definita
permaeat.

Cum igitur amicum, verbi gratia, abse-

tem imaginatur, nostri cognitio non ter-
minatur: immediate ad amicum absensem
secundum esse reale, quod a parte rei ha-
bet, aut habuit in se ipso: sed secundum ef-
fe imaginatum, seu representatum, in quo
habet inphantasma, seu imagine interna,
qua nobis representatur: quidquid al-
iqui contendunt, phantasma, seu imagi-
nes internas nullo modo esse id, quod co-
gnoscitur: sed tantum id, quo res per eas re-
presentata cognoscitur: quorū senten-
tiā, non tam philosophaneum, quam so-
niantum, & delirantium, qui imagines in
ternas, sue sensibiles, sue intelligibiles, no
nūt imagines, sed ut res ipsas, quarum sunt
imagines concepere consueuerunt, videri
dixeris non terminatur eam nostra con-
gnitio ad imaginem internam sumptam
materialiter, ut res quædam est, sed sum-
ptam formaliter, ut imago est, qua ratio
ne substituitur quodammodo loco rei, cui
iustis imago: ita, ut cognoscetes huiusmo-
di imaginem, vt talem videamur nobis co-
gnoscere rem ipsam quodammodo pre-
sentem non in seipso, sensatione sui ipsius
secundum se, sed in sua imagine, scuratio-
ne sue imaginis.

491. Et in hoc sensu verum est pronun-
ciatum illud, quod sicut non sit, ut quida
putant, Aristot. lib. de memoria, & reminisci-
cen. cap. a. S. Thos. ramen 3. p. Q. 2. art. 3.
& aliis surpatut: Idem est motus in ima-
ginem, & id, cuius est imago, quod propor-
tionaliter verum est etiam de imagine ex-
terna, sed cum imago, ut imago dupliciter
sum possit primo, & quid relatiuum, ad
imaginatum, seu id, cuius est imago: secun-
do, ut quid substitutum quodammodo lo-
co imaginati, seu eius, cuius est imago, se-
ipso illud representans, & in se continens.
secundum esse representabile, seu repre-
sentatum: primo modo distincte cognosci
non potest nisi ab intellectu, confuse autē
etiam a sensu, quando est imago sensibilis:
secundo modo etiam a sensu optimè co-
gnosci potest, quando item est imago sen-
sibilis. Et sic cognoscitur phantasma, seu
species interna; atque in hac cognitione
aliquo modo, confuse scilicet, duosimil
cognoscuntur, nempe imago, & imaginum
secundum esse, quod haber in imagi-
ne, seu ratione imaginis eius loco, substitui-
ta, licet hoc duo ab intellectu distincte co-
gnosci possint. Ita vero proportionaliter
explicandum est, esse representabile, aut

repreſentatum, ſeu imaginatum, quod non habere dicitur in ſua imagine, vt eſſe ſit in intentione, eſſe efficientis principali in ſua virtute, &c. fed addendum pratera hic videtur, tantum abeffe, ut ſpecies imprefla, ſue ſenſibiles, ſue in teſtingibiles, nunquam ſint id, quod cognofetur, fed tantum id, quo per eas repreſentata cognofitur, vt neque admittenduſit, quod alij nonnulli dicunt predictas species cognoci quidem, ut quod, modo explicato, cum obiecta ſunt abſentia. Cognofitatem tantum, vt quo, cum obiecta ſua preſentia: hoc enim posterius falſum eſt, cum nihil opus fit huiusmodi ſpeciebus in preſentia obiectorum. Sicut igitur ſenſuum exteriorum, & communis, & afflimiatiꝫ quoque, quando cum ſenſibus exterioribus, & communis operatur, cognitione ſemper eſt intuitiva: ita phantasia, & memoriar, & estimatio quoque, quando in abſentia obiectorum operatur, cognitione ſemper eſt abſtracta. Vicitur autem cognitione intuitiva univerſaliter, qua res in ſe ipſa immeđiate cognofit, in qua cuncte demum diſferentia temporis cognofit: abſtracția vero, qua res non in ſe ipſa immeđiate, ſed in aliquo alio illam repreſentare, hoc eſt in aliquo ſuſ imagine cerneat, nec ſolum abſtracta: ſed etiam intuitiu in nobis ſapientiemo fallitur, eſt contra quam aliqui cernent, qui abſtractiū quidem concedunt, intuitiuam autem negant falli poſſe. Sed ad alia, qua de phantasmata, ſunt explicanda, perga- nus.

44
492. Effectuē producuntur phantasma non ab obiectis ſenſibilibus externis, ſed mediāte ab anima, immeđiate ab actibus ſenſionum ſub vna ratione, vt ab agenti principali, ſub alia etiam, ut ab instrumento, & quidem ita, ut actus ſenſionis cuiusunque ſenſus, ſue extermi, ſue interni producat phantasma repreſentatum non ſolū ſuſ obiecti ſecondum ſe; niſi iam huiusmodi phantasma adiſt, ſed etiam obiecti, vt antea per huiusmodi actum repreſenata, & conſequenter etiam aliquo mo- do, confufe ſe, ſic, ſui ipſius. Quod phan- tam ſi quazas vnicum ne ſit, an duplex, ita, ut unum fit repreſentatum obiecti ſecondum ſe, aliter ſuſ obiecti, vt antea per huiusmodi actum, repreſentatum respondet, ut videtur eſt duplex, ita, ut anima

nunc uno, nunc altero ſeorsum uti poſſit. Qua muis, quod de ſensatione in communis ſupra diximus, eandem videlicet ſenſationem circa plura obiecta ſpecie diſtincta ſimil veriantem adæquate ſumptam eſt vnam, inadæquat eſt ſumptum eiſe multiplice, modo ibi explicato, dicen- dum proportionaliter eſt de phantasma per huiusmodi ſensationem produc- to. Idem autem in productione phantasma ſuſ ordo ſeruari, quem in productione ſenſationum ſeruari ſupra indicauimus: hoc eſt eiusmodi, vt prius eodem prioritatib⁹ genere, quod inter ſenſationes ipsas in- tercedit, producuntur illa, qua per ſenſationes ſenſum externorum, in alia, que per ſenſationes ſenſus communis, aut e- ciam estimatioꝫ: quando haec etiam cum ſenſu exteriore, & communis ope- ratur; denique alia, qua per ſenſatio- nes, aut phantasia, ſenſorū potenzia phan- tasticæ, a qua phantasma nomen habet, aut memorie ſenſitivæ, producuntur. Recipiuntur verò phantasma omnia non in anima, ſed in corpore, non ta- men in ſpiritu, nec in membranis ce- rebri, ſed in ipſa ſubſtantia cerebri, quam ſenſum interiorum organum eſt dixi- mus maximè ſecundum partem anteriorē. Quare nulla eſt, qua a quibusdam ſin- gitur phantasmatum a ſenſori ſenſuum exteriorum ad cerebrum, aut a cerebro ad alias corporis partes transmifio: ſed omnia in cerebro conſiſtunt, & eadem anima, qua per phantasma in cerebro ſitum cogno- ſcit, per huiusmodi cognitionem excita- ta, in alia corporis parte per aliam poten- tiam aliquid aliud interdum operatur, nec ea phantasma, qua rerum contraria ſunt repreſentativa, viliam inter ſe ha- bent contrarietatem, ratione cuius in ea- de ſubiecti parte ſimil recipi neque- ant.

45
Eorund
ſubiecta.

46
493. Ac licet ſapere phantasma, que corrupta non ſunt, corrupta videantur, quia non occurrant, vt infra ſeptem tamē ali- quia, interdum etiam omnia corrumpuntur ob alterationem in cerebro a morbis aliisque cauſis profeſtam, vel ob nimiam humecta- tionem, vel exſiccationem, vel frigidiō- nem, vel calidationem, quia ciuilem cere- bri temperie ad phantasmatum conſer- vationem requiſita tollit. Facilius autē, ceteris paribus, corrumpuntur, que minus inſenſa ſunt, ut pote per alius minus inten-

los producta: unde est, ut qui minus intensagent, facilius obliuiscantur. Quod si queratur, anphantasmata producamur & corruptior in instanti, an in tempore?

Respondendum iudicetur, que madmodum aliquis actus sensatio: fit in instanti, ut viuio, qua sit codex: instanti, que sensori: viuis illuminatur, licet continueret deinde, in bruis quidem sp, in nobis aer: liber: tage uenienti: non semper, ut feret sp, per ali: quod tempus quod tam: de actu sensatio: nis circa opiculum externum immediate veritate certus est: aliquis vero fit in tempore, ut sensio calor: quia sit codex: tempore, que sensorum tactus calefit: ita aliquod phantasmatum produci in instanti, licet continueret deinde per aliquod ipsi: ut dictum est de actu, per quem producitur: aliquod vero produci in ipso, ut item actus, per quem producitur: & quemadmodum debita dispositio in subiecto ad consecrationemphantasmatis requista, quae habet contrarium, remittitur in tempore, sed omnino definit in instanti extrinseco, que primum non est: etiamphantasma remitti in tempore, sed omnino definit in instanti extrinseco, quo primum non est dispositio in subiecto ad eius consecrationis requista:

494 Concurrunt verophantasmata ad sensatio: , quae concurrentibusphantasmatis sunt non esse: etiamphantasma remitti in tempore, sed omnino definit in instanti extrinseco, per quamlibet huiusmodiphantasmatis partem, si forte contingat alias eius partes corrumpti, representari, & cognosciri possit, modo fit pars aliqua in habens mequitudinem proportionatum sensib: inter: ,phantasmate videntibus, ut proportionaliter requiritur in obiectis sensuum exteriorum. At cum tam multa, tam que diversisphantasmatis cerebro imprefit anima uno potius, quam alio utatur intelligi non potest; nisi dicamus primam cognitionem non unquam esse in nostra libertate, aut principio intrinseco independenti ab extrinseco, sed sibi pendere ab aliquo extrinseco, vel Deo, vel Angelo bono, aut malo intus, aut extra obiectum proponente, vel alio aliquo extrinsecus occurrente, & aliqua ratione obiectum proponente, atq: ita per modum proponentis obiectum con currente ad eius necessaria cognitionem: qua semel habita, post deinde aquima, in qua est

libertas, vel in eadē cognitione libere hixerere, vel ad aliam, atq: aliam transire, & p: tamen aliquo modo a finem, atq: connectendō alia, atq: aliis speciebus, sive sensibilibus, sive intelligentib: est: in hoc utrariumque par ratio) semper aliquo affinitate, atque connexis, naut una repre sentat idicte, & au confuse, quod altera repre sentat directe, & distincte, id: quina altera quam uocet, atque exerceat, & anima libera posuit pro sua libertate a cognitione suis ad cognitionem alterius transire, & quando plures huiusmodi connexiones illi repre sentant unam potius, quam aliam sequit: ut cum ex cognitione amici uenimus in cognitionem ueltum, quib: inducunt est, & ex hac in cognitionem, uel materia, ex qua sunt huius uestes, vel pretij, quo empa sunt, & numorum, ac fondinorum, unde numorum materie erigitur, &c. nec fieri potest, vt sine huiusmodi aliqua conuexione obiectum, & consequenter speciem sensibilium, aut intelligibilium, cum ijs ad obiecta absentia cognoscenda utimur ab unius ad alterius rei cognitionem pro grediamur. Bruta uero quia libera non sit, noui solum in primis sed etiam in aliis ob: consequentibus cognitionibus determinatur ab obiecto, vel in seipso, vel in phantomate, repre sentato: quod ut magis apprehendunt secundum unam, quam secundum aliam connexionem, ita pergent cognoscere secundum unam potius, quam secundum maiorem connexionem. Hinc facile intelligas, curphantasmata interdum ita obrata quodam modo lateant, ut et quae sit non occur rant. Illa enim sic latent, in quorum cognitione nulla nos obiectorum, sive in se ipsis, sive inphantasmate repre sentatorum conexione ratione, uel loci, uel temporis, uel personarum, uel similis, uel dissimilis, uel alterius eiusmodi iudicet: quae cum primū apparet, etiam id, quod quae erubatur, occurrit. Idem proportionaliter dico de speciebus intelligibilibus. Quod si quaevis, qui fieri possit, utphantasma ignoratur, queratur. Respondetur, quod queritur non omnino esse ignorantum, sed partim ignorantum, partim notum ratione aliquis pars, uel circumstantia, uel similis, uel dissimilis, &c: aut certe ignorantum distincte, nonum confusus, & per id quod notum est, tanquam per vestigium duci nos incognitionem eius, quod ignorauerat. Idem hic etiam proportionaliter dico de speciebus intelligibilibus,

495 Abſtructior quæſio eſt, qui ſiat, ut ſi ſenſus interni inter ſe non niſi formaliter, ſeu virtualiter diſtinguantur, eodemque omnes ſenſoriorū yruntur, vt diximus; aliquando debilitari, aut etiam corrumpi videatur memoriā, illaſa phantafia, & affimativa aliquid laedi phantafia, fana, & incolumi affimativa, aliquando ē contrario.

Quam ita foluere conandum eſt, vt dicamus nullam ex hiſ potentiis ſecundum id, quod dicunt ex parte animae in nobis laedi poſſe, licet ut brutis poſſiant; ſecundum id vero, quod dicunt ex parte corporis non poſſe laedi unam, quin laeditur omnes ſecondum operationes denique poſſe interdum laedi, leu impediri una m non impedire altera, ſi poteſt memoria debilitari, tū alteratione cerebri praeritam nimia humectatione, aut deficatione, tum praecipue, & faciliſime defectu ſpirituſem ad eius operationes neceſſariorum vnde cunctis contingat: corrumpi vero, vel ex parte, vel penitus ad corruptionem, vel particularem, vel totalem phantafiam, de qua ſupra. Interduum autem laedi videatur phantafia in ſuis operationibus, cum re vere non laeditur, immo maximē, ac faciliter operatur: ſed quia anima, in rebus, quies illi per phantafiam, ſea imagines internas, praeritare cum vehementer ſpirituſa agitatione, atque in inflammatione, obſciuntur, tota occupatur, & exteriorum ſenſuum organa praeritam delicateora, vt oculoru, & aeriu ſpirituſis deſtituta parum, aut nihil a ſenſibiliſtis exteroris mouetur: atque ita exterioribus ſenſibus non fecus ferre, atque in ſomno ligatis, anima non ſecus ſeret, atque in ſomno phantafia ſata ipsa, ſeas imagines internas, porinde ac fi eſſent res ipſa, quarum ſunt imagines, concepit, ac proinde ab ijs, vt a rebus ipſis mouetur: & ita que per ſenſus etiam exterioreſ percipiērōrum phantafiam cum aliis, quibus veheſtient intenta eſt uariè coniungit, ac miſcer, unde illa eſt conceptum confuſo, & absurditas, que in demeritibus, & plurebūtis aliquando ſe prodiſt. Interduum de niue laedi videatur in ſuis operationib, affimativa, meolum phantafia, & memoria, inquit, anima in phantafiam ad phantafiam, aut memoriam pertinenciam cognitione, & attentione, ita occupatur, & quodammodo absorberetur: vt ijs, quæ ad affimatiā ſpectant uti non poſſit, & tū

rerum vſum non cognoscat, aut proper cōiunctionem, aut ſeparationem, aliamque mutationem phantafiam vbi phantafie factam, concipiāt rationem aliquam boni ſeu conuenientis, aut malis, fit diſconuenientis affimatiū propria, ubi non eft. ſenſus autem communis extenus tantum in ſuis operationibus laeditur, quatenus, vel in cerebro debitæ definiſtis diſpoſitiones ad eius operationes requiriſt, vel in ſenſibus extermis, quoſ ſequiſt, vel oquitur Aristotel. lib. de ſomno, & vigilia cap. 2. & quibuscum operatur, aliquo contingent deceptio.

496 Hinc ſomni, & vigilia mentio nos admoneat, vt aliquid de illis etiam dicamus, quandoquidem ſomnus, & vigilia cōmuniter affectiones ſenſus communis ſatis ſupra explicari dicuntur, quatuor dici etiam poſſunt affectiones ſenſuum omnium exteriorum. ſomnus enim formaliter eſt ligamen, ſeu impedimentum ſenſuum omnium exteriorum, & communis, quo minus expeditus ſuas funções exercere poſſint, non tam quodcunq; ſed ex vaporum in cerebrum aſcenſu proſectum. Qd addendum eft, vt ſomnus ab infenſibilitate, ſeu deſtituſ ſenſus orto ex timore, aut morbo, aliae cauſa, ut eſtaſ, &c. diſtinguantur. Et ſic intelligenduſ eſt Aristoteles libro de ſomno, & vigilia cap. 2. cum arſo ſenſu in partio ſenſuſa particule, ut viſculum, & immobilitas quedam. Vigilia vero formaliter eſt ſoluto ſaltē aliquius ſenſus exterioris, & communis, ſeu liberatio a predicto impedimento. Ac ſomnus quidem ab ijs cauſis efficiēt cauſatur, quæ efficiēt, ab ijs formaliter, quæ forma liter impediunt, ne ſpiritus animales ad operationes ſenſuum exteriorum neceſſarii a cerebro ad organa ſenſuum exteriorū deriuentur. huiusmodi autem cauſe ſunt vapores paulo copioſiores praeritam humidis, frigidis, & crassis cerebrum peteant, il ludeque opplentes: aut qui, eriami non ita humidis, frigidis, & crassis ſint, ab humiditate tam, & frigideitate cerebri adduſari, & incrassari poſſunt ita, ut cerebri finas, & vias, quibus ſpiritus a corde ad cerebrum, & a cerebro ad ſenſium exteriorum organa tranſiuntur, ſua crassitatem obturent: vnde conſequitur in ſenſium exteriorum organis ſpiritum deſectus, atque adeo ligamen predictum, & ſomnus.

Hinc multa ad ſomnum attinentia pro-

496
ſomnus,
& vigilia

blemata, quæ hic præterea, facile dissoluas.

497 Vigilia vero causa efficiens, est quæ aliquæ saltem sensus exteriorum, & communem a prædicto impedimento, in quo somnum formaliter confitere diximus, soluit, hoc est vias aperit, quibus spiritus vaporibus interclus ad organa alie-
ius saltem sensus exterioris expedite trans-
mitti possint. Quod cum hic expurgescitur animal, & euigilat. Potest autem, vel a se ipso expurgesci, vel ab alio: & ea seipso dupliciter, vel per se, & naturaliter, vel, & accidentis, & innaturaliter. A seipso per se, & naturaliter tunc expurgescitur, cum non
ui caloris vi, spiritus nimis in corde
gravitis, & accumulatis in arteriis ad cere-
brum vique, vapores iter illis intercluden-
tes resoluunt, & patet alia via spiritus ad se-
sum exteriorum organa expedite trans-
fundit. *Alio proposito videtur.*

A seipso per accidentis, & innaturaliter, cum ob dolorem aliquem aliumque corporis motum, vel timorem, aliudque passio-
nem ex oblitera in somnis rei aliecius ima-
gine excitatam, spiritus agitatus vapores
prædictos resoluunt, a ut ita discutit, & la-
xat, vt ad sensum exteriorum organa ex-
pedite peruenire posse. Ab alio denique
tunc expurgescit, quando ab alio in exte-
rioris aliecius sensus organo sic alteratur, ut
spiritus, qui semper aliqui superfluit, satis
sint ad hoc, vt anima eam alterationem
percipiat, & naturali conatu alium spiri-
tum ei parti submittat, quo eadem alte-
rationem perfecte iam sentiat. Vnde colli-
gas sensus exteriores, ac præstari in audi-
tum, & tactum, quorum organa vehementius
ab obiectis alterari possunt, nunquam
adeo somno ligati, ac spiritu desituti, ut
nulla ratione, sed tantum, vt non expre-
dit, ac perfecte possint suas operationes
exercere.

498 Finis somni proximus est cessatio
& quietis ab operibus sensuum exteriorum,
& communis motus, & præcipius est per-
fecta nutritio, & suo tempore etiam au-
to, & spirituum, ac virium reparatio: Vi-
gilias vero finis est operatio vigilantis pro-
pria. Grauitatem, & nimium somnum,
& nimia in vigiliis ad anima consequuntur
nimium quidem somnum humorum præ-
cipue superfluitas, & catarrhi ex vaporib.
caput petentibus, qui per vigiliam, & ope-
rationem discutuntur, itemque sarditas,

& hebetudo, ac virium eneratio ex longo
spirituum in organis motus, & sensus dele-
tu: nimiam vero vigiliam vala præfer-
tim ciborum conceatio, & consequenter
cruditates, capitis ficitas ex vaporum ab-
sumptione, & debilitas ex defectu spiritus,
qui per vigiliam resoluuntur, nec ita cor-
piunt, vt in somno reparantur.

499 Curiosus autem Aristoteles. 5. de Ge-
ner. anima cap. 1. querit, fonsus ne, ac vi-
glia præcedat: & recte responderet vigiliam
precedere: quod de vigilia ad verum som-
num comparata etiam in foce iuxta uterum
contento, verum est, et si plurimum fecus
dormiat, quia sic ad nutritionem, & auctio-
nem expedit: nec, cum vigilat, aliud, quod
quidem confit, præteractum, ex sensibus
exterioribus exercere potest. Quæri etiam
hic potest quod idem Aristoteles libro de som-
no, & vigilia cap. 3. & experientia testatur,
cur quidam interdum dormientes surgant
ambulantes, & alia vigilantium opera exer-
cent.

Respondeatur, quia per phœnaciam, aliis
venerum interiorum non requirentem co-
operationem exteriorum, apprehendunt se debe-
re surgere, ambulare, &c. nec oppletam in
vaporibus, & impeditam habent posteriore-
rem cerebri partem, unde spiritus in ner-
uos mortuos denuantur, sed tantum anter-
iore, vnde spiritus in nervos sensorios in-
fluunt. præterquam quod ut pars superior
dormientium spiritibus delititutur, vt di-
ximus, & refrigeratur: ita partes inferiorum
spiritu abundantiore incalescunt, & conse-
quenter ad motum aptiores redduntur. Ex
quo perspicuum fit, cum facultas progre-
dia, & motu non ita somno ligetur, & im-
pediat, vt sensitiva. Paucum tamen sunt
qui dormientes surgant, &c. nisi scission tan-
tum, qui aut spiritu, aut apprehensione, &
passione aliqua, vehementiori agitantur.

At, cur hi, vbi euigilauerint, sonum quidem
quo ad surgendum impulsu sunt, recorden-
t, surrexisse autem, aut quippiam se egit
fe non item: causa illa est, quod operatio
imaginative, aliarumque potentiarum, quæ
in somniis excentur, relinquat speciem
objekti, rur secundum se nisi hæc iam ad-
sit, cum vt antea per hunc modi operatio-
nem repræsentati: operatio vero potentia
motu non relinquat sui speciei, nisi per
sensus exteriorum cognoscatur.

Quamquam in his, qui in somno surgunt
ambulantes, &c. sensus exteriores non ita sp.

vinciantur, ut non interdum quoquo modo videant, auidant, alioisque sensus exteros exerceant, interdum etiam aliquid rogati respondent. Quæ autem hic de spiriti bus diximus, in animalibus spiritu parentibus de aliquo proportionali intellegi debent: omnibus enim animalibus communis est somnus, sicut, & sensus communis.

49. **Somnium.** 500. Cum somno, quam connexum sit somnium nemo non viderit: siquidem somnium est cognitio, qua in somno cognoscitur, res absens, aut non vera, ut praeterea, & vera (loquimur n.hic de somno naturali,) quæ cognitio interdum est a potentia phantastica, interdum ab estimativa, interdum a memoria sensitiva, aut intellectiva, de qua infra, & ipso intellectu. Cur autem minimus metus facti in sensorio per somnum maximus videantur, nam dormientes arbitrantur, inquit Ar libro de divinatiorum per somnia cap. i. Fulgura cadere, & tonitrua fieri, cum parvus sonus in auribus sint, & melle, & dulcibus saporibus perfrui, minima pituita defluere: & ambulare per ignem, & calchieri vehementer, eis parsim calor circa quoddam partes fit, &c. et tunc quia per somnum cestantibus sensu exteriorum operationibus, solitè interiores potentias operante, ideoque anima minus distracta magis sentit, quod distracta minus sentirentur quia per somnum prius spiritus ad sensuum exteriorum organa excutire prohibiti colliguntur in cerebro, vaporesque eo ascendentibus perturbati atque agitant: quo fit, ut quod madmodum aqua cum agitur, non solum distorta, & monstruosa, sed etiam maiora omnia ostendit, quam sint, quod est exemplum Aristoteles, de somnis cap 3. ita cum spiritus, & vapores agitantur, non solum perturbata, & confusa sint somnia, sed etiam alterationes omnes in sensiorum interim facta maiores, quam sint indicentur. Cur rerum imagines in somnis oblatæ, non imagines, sed res ipsa praesentes videantur: ratio est, quia actusphantaz, aliarumque potentiarum, quæ in somnis exercentur, vehementiores in somno, quam in vigilia sunt, ob rationes modo allatas, ideoque in res ipsas praesentes ferri videntur, quia res ipsa praesentes vehementius mouere solent: nec anima ligaris sensibus exterioribus postea res ipsa praesentes in se, sed tantum in suis imaginibus internis cognoscere consequenter nec potest, rerum praesentium in

so, & praesentium tantum in suis imaginibus discrimen percipere, sed videatur habi simplieriter praesentes habere. Cur aliqui magis, aliqui minus somniant, aliqui nonquam, ratio est: quia aliqui minus, aliqui magis abundant vaporibus, ut pueri, aliqui sed rari tantis, tamque crassis, ut somni tempore omnino cerebrum obruant, & spiritus, ac potentia omnis interioris operationem impediunt. Cur initio somni non multa ferre sint somnia, in processu autem multis, sed turbulentia, in fine denique placida, & tranquilla, ratio est: quia initio somni abundant vapores ex cibis coctione ascendentes: in progressu incipiunt vige spiritus interior penitus: sed multis tamen ad huc, & crassis permisit vaporibus: subinde vaporibus iam attenuatis, aut ferre resoluti spiritus magis dominantur, nec tantus si in cerebro motus. Cur, hec potius, quam alia somniem, ratio multiplex esse potest: sapientis enim in somniis occurunt, quæ vehementer vigilantes mouent, cuiusmodi, ceteris paribus, sunt istud magis, quam latæ: item, quæ sub ipsis somniis tempore praesertim paulo attentius, & cum affectu cogitauimus: tum ea, ad quæ naturalis corporis, & humorum temperamentia inclinat: nec non, quæ in pueritia, & adolescentia cognovimus, quippe quorum species, ut primæ, & nouæ, ideoque cum admiratione incepit, & sapientis in ea attente, & cum plurius connecta sunt: denique ex varia vaporum, ac spirituum dispositione varietas etiam pendet somniorum, quam accommodato nūdum exemplo, in quibus ob variam vaporum dispositionem variæ sunt representationes, explicat Aristoteles, de somniis cap. tertio: quæras, an etiam bruta somniant? respondendum est affirmatiuè, licet id in aliis magis, in aliis minus compertum sit.

501. An autem illa sit divinatio per somnia, seu quod idem est, an aliquid ex somniis certò prædicti, aut præcognosci possit, questione est distinctione soluenda. Cum enim somnia alia a Deo, alia ab Angelo bono, vel malo, alia a natura, seu causis naturalibus esse possint: ex ijs quæ a Deo, vel Angelo bono sunt, sive per oracula, hoc est vocem expremere significantem sive per visionem ipsius rei, sive portius imaginis rei, sive per somnium propriè dictum,

Dimin. 5
tio per
usa.

à Deo

Deo tamen, vel Angelo bono dire^{et} quum ad aliquid significandum s; dubium non est, quin aliquid certo præcognosci, & prædicti possit: ex ijs vero, quz ab Angelo malo, seu dæmonio sunt, nihil quidem repugnet, si Deus permittat aliquid certo præcognosci, & prædicti posse: ad fallendum tamen potius, quam ad verum dicendum, nisi forte in ordine ad malum aliquod, intentus est dæmon. Et ijs denique, quz a natura, seu cauſis naturalibus sunt, nonquam certo præcognosci, aut prædicti possunt: actiones libere (quod de somniis etiam ab Angelo, sive bono, sive malo secundum sua naturalia spectato immisit ex Theologorum doctrina supponimus) præcognosci tamen, & prædicti ualde probabiliter, interdum etiam certo possunt, quadam naturalia, quorum somnia sunt signa, ut morbi aliqui, quorum inchoationes, etiam si parvae, vehementer in somniis mouent, iuxta supradicta. Cognosci etiam ex ijsdem possum completere, & humor in corpore predominans, qui erit sanguis, si late, & volatus peractus; pituita, si humida, vt pluvia, flumina, &c. melancholia, si obscura, tristitia impedita; bilis, si calida, rixæ &c. frequentius somnientur.

503 Religiae sunt pauca quædam de alijs tribus sensibus interioribus, phantasia, estimativa, & memoria sensitiva. Phantasia quid sit, supra diximus. Et Auct. plerunque sumit pro actu secundo potentiam phantastici, hoc est pro imaginatione, quam cum z. de Anima text. 16. deinit esse motum a sensu secundum actu factu, intelligit esse concomitantem motum (formaliter enim est actus) dependentem a sensu constituto in actu, id est operante, seu quid idem est ab operatione sensu circa obiectum extermum versantis, cuiusmodi est, tum tensus exterior, tum communis, tum aliquando etiam estimativa, ita, ut non posset phantasia exerceri, quia huiusmodi sensus operatio præcesset, modo a nobis supra explicato. Interduo tamen phantastici, seu imaginatiui nomine intelligit Aristot. omnem potentiam sensitivam in internam, sicut interdum, & phantasma tanquam passionem, & memoriā pertinere docet ad sensum communem, confundens uidelicet internos hos sensus, quos alias distinguit. Sed sumpta phantasia presē, vt supra de-

finita est, de ex, præter dicta, queri adhuc potest. Primo, an agat in diff. Secundo an propriè discurrat, seu unum ex altero inferat. Ad utrumq; b; responderetur negando. Tertio an sit in nostra potestate, ut indicat Aristotel. z. de Anima text. 153. Respondeatur non esse quoad primam eius operationem, esse quoad alias iuxta supra dicta. Quartò an omnia animalia habeantphantasiam. Respondeatur affirmando, licet in quibusdam adeo imperfecta sit, ut uix, ac ne uix quidem appareat; quo sensu intelligendus est Aristot. z. de Anima text. 156. ubi etiam formicæ, aph., & uernegat.

503 ⁵² Aestimativa etiam quid sit ex dictis patet. Hic addo non esse confundendam rationem boni, mali, seu convenientis, & disconvenientis, quæ est obiectum estimatiæ, cum ratione boni, & mali, seu convenientis, & disconvenientis, quæ attingitur ab omnibus potentiis cognoscitiis etiam exteris, quatenus obiectum sibi congruū, aut incongruum cognoscunt: quæ enim est obiectum estimatiæ non est sensibilis ab illo sensu externo, ut supra diximus. Et licet Aristot. estimatiæ nuncquam nominauerit, non idcirco eam, aut negasse, aut non agnouisse, sed sub phantasiam latius sumpta comprehendere dicendum: est quod tam non facit secundo de Anima text. 1. 4. ubi commotionem affectuum, quam ad opinionem bonorum, & malorum consequi docet, negat consequi adphantasiæ, seu imaginationem eorumdem, secundum quam similiiter nos habemus, inquit, sicut qui considerant in pictura difficultia, & confunda.

Denique estimativa non omnibus inse-
se videtur animalibus, sed perfectioribus tantum.

504 ⁵³ Memoria item sensitiva quid sit supra explicauimus. Ad eius bonitatem, ac perfectionem conferit: tum temperata cerebri humiditas, qua phantasma facile recipiuntur, & retinuntur: tum obiectū viuax, & vehemens: tum magna poten-
tia applicatio, tum frequens rerum cognitorum repetitio. Falsum tamen est memoriam in posteriori præcipue cerebri parte rigere: sape autem memoria abstrahendo a sensitiva, & Intellectu de qua infra cum reminiscencia confunditur: sed cum disinguitur, memoria proprie, & pressè dicitur, tum poten-

*Aestimativa
estimativa*

*Memoria
sensitiva.*

cia, tum actus versans circa rem antea cognitam, seu repreſentatam, & ante-cognitam, seu repreſentatam, & nulla obliuione obliterata in: reminiſcentia vero propriè, & preſe dicitur, tum poten-
tia, tum actus versans circa rem antea cognitam, seu repreſentatam, & ante-cognitam, seu repreſentatam, postquam obliuione aliqua intercidit. Quamobrem reminiſcentia eſt quædam, quaſi memoria reparatio, & renouatio, que fit per ratioſicationem, qua id, quod oblitus fumus ex aliquo eius relato veſtigio, ideſt ex aliquo ſimili, vel contra-rio, vel alia ratione connexo inveſti-
gamus, & tandem inuenimus: ac proinde in brutis non reperitur.

505 Ad animalia ſenſituum, poſit diuifionē animorum, quam ſupra poſuitum in vegetatiū in ſenſituum, & rationale, pertinet etiam, tum potencia appetitiva ſenſitua, tum potētia loca motiu animalia ut animali confequens: in quibus expli-
candis longior hic non ero. Tantum dicam potentiām appetitivām ſenſituum, ſeu appetitum ſenſituum diuidi in concupiſci-
bile, & iraſcibile; nullum tamen, aut concupiſcibilis, aut iraſcibilis a cum eli-
ci poſte niſi circa obiectum ſenſibile, ut bo-

num, vel ut malum, verum, uel apparens cognitum: potentiam vero loco motiu in diuidi in naturalem, animaliem, & in-ſtantam. Naturalis dicitur, qua ut moveat, nullum requirit prauiam cognitionem, ut vis pulsatilis, qua cor, arterias, & cere-
brum dilatet, & contrahit. Animalis dici-
tur, qua ut moveat, prauiam requirit co-
gnitionem, & appetitionem, ut vis progreſ-
ſia animalium. mifta dicitur, qua ut mo-
veat, partim requirit, partim non requirit
prauiam cognitionem, & appetitionem
ut vis respirativa, qua respiratio communi-
niter, ſine prauia cognitione, & appeti-
tione fit, ſed pro arbitrio a nobis variari non
potest ſine prauia cognitione, & appeti-
tione. Nec tamen potencia loco motiu
a mifta in nobis tantum: ſed in aliis etiā
animalibus reperiatur. Hęc uero eft inter
potentiām cognoscituum ſenſituum, ap-
petitivām ſenſituum, & loco motiu eas
consequente, ſeu animaliem coonexio, ut
cognitionia per modum diligentiæ, ap-
petitua per modum applicantiæ, loco motiu
animalia, qua dicitur etiam arbitrarya,
uoluntaria, ſpontanea, per modum exe-
cutionis, ad motum concurrat. Hęc de ani-
ma ſenſitua. Iam ipſa nos ordinis ratio
ad animalia rationalem iauitat.

Potentia
appeti-
tiva, &
lo-
co moti-
vus.



ANIMA RATIONALIS.

Cap. XX.



306



¹
Anima
rationalis
immorta
lis est
et re
e re

Nima rationa
lis, seu qua
est principiu
mum primu
mum rati
onis, ani
marum omni
num nobis
lissima, non
solum secu
dum verita
tem, fidem
que cathelicam: sed etiam secundum A
ristotel. pluribus locis testatam, aper
tamque sententiam est immortale: &
vera forma informans; ita, ut cum hu
mano corpore verum compositum sub
stantiale, vnumque per se conserat: non
autem tantum assitens, vt non minus
inepte, quam impie dixerunt: qui co
gritatuam, hoc est animam quandam
materialem, & corruptibilem senti
tum, cuius proprium sit, tum substanc
iam singularem, non secus ac sensus
accidentia singulare, cognoscere, tum
diuidere, compонere, & circa singula
ria ratiocinari, fugentes, per illam,
tanquam per propriam formam infor
mantem, hominem in ratione hemi
nis constitui; & cum illa deinde intelle
ctum, seu animam rationalem tan
quam formam tantum assitentem, per
inde, ac tantam nauim, aut motorem mo
bili, vt perspecies intelligibiles ex phan
taeniaris acceptas cum ipsa operetur, &
vniuersalia intelligat, vniuersi asserturunt:
nec tempore praecedit corpus, cuius est
forma informans; sed in illo, cum pri
mum satis disposita est, a Deo de novo
propriac presecreatur, hoc est in suo

esse simpliciter sic dicto, seu substantia
li independens a subiecto producitur,
& cum eodem vniatur, non per vniōem
villam ab extremis distinguitam a parte
rei; sed distinctionem tantum formaliter,
seu virtualiter, iuxta alibi dicta de
vione: non tamen ita, vt una, eadem
que numero anima rationalis in om
nibus, aut pluribus hominibus sit, vt
quidam somniarunt: nec ita, ut in fin
gulis hominibus duas sint animae ratio
nales, altera bonorum operum, altera
malorum principium, vt alii delirarunt:
sed ita, ut in omnibus quidem homi
nibus, si una specie, in singulari vero
numero ad humanorum individuo
rum multiplicationem individuuliter
multiplicata; que tota in toto corpo
re, quod informat, & tota in qual
betr eius parte, non per accidens: sed
per se, ac natura sua; proinde verè
spiritualis, & ad modum altiarum sub
stantiarum spiritualium realiter individ
uabilis sit: quod non esset si idcirco tan
tum individualibus esse diceretur, quia
eius partes tametsi non virtuales tan
tum, sed formales essent, se tamen in
vincem essentialiter dependent, eo mo
do, quo quidam rerum quarundam
creataram essentialē a se invicem de
pendentiam admittunt: recte nec ne di
cam libro tertio, ubi de distinctioni
bus.

Hic subiectam, quod alibi quoque lo
cum habere potest, par inficiet, acque
impietatis specimen eos edere, qui de a
nima rationali, a liuere quapiam ad
philosophiam spectantie differentes, hoc,
aut illud secundum fidem Catholicam,

S. — qui-

quidem, aut Theologiam verum, secundum philosophiam autem falsum esse, non dubitamus.

¹ 507 Sed ad animam rationalem rever-
tatur, cuius potentia alia ad praestantissi-
mam quasdam operationes, aliquæ ad minus
praestantes ordinantur. Illæ communiter
& rectè tres numerantur, Intellectus,
Memoria, & Voluntas; quas tum inter-
 se, tum ad anima formaliter, seu vir-
tuositer tantum distinguuntur, ex dictis
sugra de potentiis anima in vniuersum.

Intellectus duplex ab Arist. 3 de Anima pri-
ois viginti textibus, aliisque Philosophis
parvum distinguitur agens, & patiens, seu po-
tentiæ, &
² patiens.
Intellectus tamen agentem, non
intelligitur ab Aristotele Dens, aut alia intel-
ligentia, seu substantia abstracta realiter di-
stincta ab anima rationali, sed intelligitur
idem realiter, quod per intellectum patien-
tem, seu possibiliter, hoc est anima ipsa ratio-
nalis; quæ sicut quatenus potest in se recipere
intellectionem, aut speciem intelligibilem,
de qua ipsa, dicitur intellectus passivus, seu
possibiliter, id est potest in se recipere, ad id, quod
potest recipere; & quatenus recipit, patiens:
ita quatenus potest actiue producere eandem
intellectionem, aut speciem intelligibilem,
dictum intellectus actius; & quatenus pro-
ducit, agens. Et mentio idem Arist. 3. de
Anima citatis textibus doceat utrumque
hunc intellectum separabilem, immutabilem,
impossibilem, uno verbo immortalem esse:
nec alias præterea quærat anima intel-
lectus immortalitatem: & text. 17. eosdem
intellectus, anima differentias appelleret, eas
que necesse esse doceat anima inesse. Quæ
nulla est horum intellectum inter se, aut
ab anima rationali distinctio, nisi formalis,
seu virtualis. Nec verum est, quod aliqui
contendunt, solum intellectum patientem
intelligere; agentem vero nihil intelligere,
sed tantum species intelligibiles producere.
Si enim realiter fumantur, uterque intelligit,
si formaliter, neuter sine altero intelligit
adæquare, sed tantum inadæquare, quatenus
vnu producit, alter recipit intellectionem:
at quatenus vnu producit, alter recipit spe-
ciem intelligibilem distinctam ab intellec-
tione, neuter vnu modo propriæ intelligit.
Neque cum intellectus agens ab eodem
Aristotele eodem libro tex. 19. dicitur substâ-
tia existens actio, græcè τὸν σίτον ἐσ-
τιζειν, aliud significatur, quam ipsum ut

agens est, substantia id est essentia, seu natu-
ra sua esse quid actio, nonautem potentia, ve-
st intellectus patiens, quatenus talis, neque
silegatur, ut alii legunt, substantia existens
actio, græcè τὸν σίτον ἐστιζειν, sensus
erit aliis, quæcumq[ue] ipsum intellectum
agentem sumptum reduplicatur, viagens
est esse actionem (intelligere actiue sumptus,
vt interdom sumitur, iuxta supra dicta vbi
de actione) abstrahendo ab eo, quod sit in-
tellectionis, vel productio specie intelligibili-
lis.

⁴ 508 Intellectus patiens recte ab eodem
Aristotele lib. 3. de Anima tex. 8. distinguitur
in intellectum potentia, intellectum acto,
& intellectus habitu. Intellectus potentia
dicitur, quandiu nihil adhuc in se receperit, sed
tantum potest recipere. Intellectus acto,
quando in se habet intellectionem. Intel-
lectus habitu, quando in se habet species
intelligibiles, in quibus consitit ratio
habitus intellectui, ut infra. Aristoteles
tamen loco citato etiam intellectum habi-
tu dixit esse potentia, non tamen, inquit,
similiter, vt erat, antiquorum addicserit,
aut inventerit. quibus verbis indicat in-
tellectum habitu esse potentia quidem, sed
propinquiore, quæcumq[ue] sit intellectus poten-
tia simpliciter sic dicitur. Et quoniam idem
Aristoteles ibidem sumat intellectum acto,
pro eo tandem, quod est acto post acqui-
sitionem habitum: dubium tamen esse non
potest, quin intellectus acto sit etiam ante
acquisitionem habitum. Præterea vt re-
cte monet textus quarto, intellectus patien-
tis, seu possibilis (intelligere, vt talis est)
nullam esse naturam, nisi hanc, quod possi-
bilis est, modo supra explicato: quæ cau-
sa est, vt text. deinde 12. cum tabula com-
pareat, in qua nihil actu sit scriptum ita
recte docet ipsum fieri singula: & tex. 19.
quendam esse intellectu nemp[er] eundem
patientis, seu possibilis, qui si omnia:
quendam verò, nemp[er] agentem, qui facit
omnia. quod ita intelligendum est, vi-
telligentius patiens dicatur fieri omnia, non so-
lum quatenus recipit intellectionem, sed
etiam quatenus recipit species intelligibiles
omnium: contra verò, intellectus agens
facere omnia, non solum quatenus effecti-
u[m] producere intellections, sed etiam qua-
tenus effectiue producere species intelligibili-
les: & idcirco ille fieri, hic facere omnia
ratione intellectionum, & specierum in-

telli-

telligibilia dicuntur; quod intellectio-
nes, &c. species intellectus sunt in-
telligentes quidam res, quarum sunt in-
tellectiones de specie in ethereis; il-
lece unius modo, non e intellectio-
nes quidam, imagines, seu species ex-
pressae, species autem intelligibilis, ima-
gines, seu species impressae, ut di-
ctum est capite superiori, ubi de mo-
do aggra sentiuim interiorum; quas
imagines, quatenus intellectus in se
recipit, fieri, quatenus vero intellectus
ne producit, facere dicuntur res, qua-
rum sunt in imagines; sed, & fieri, &
facere dicitur huiusmodi res, non rea-
liter, seu in spiritu, sed representati-
ve, seu in sua imagine, quo codem sen-
su accipiebundū est illud in eodem t. 19.

Idem autem est secundum a Quin-
scientia cum seipso: & illud in text.
36. omnis autem intellectus, qui se-
cundum actum intelligens res, ipse est
(si quidem ita legatur: ex graco e-
stum legendum, omnino autem Intellec-
tus est, qui actu res intelligens) &
illud in text. 37. anima quadammodo
est omnia: & in eodem textu 37. est
autem scientia quidam scibiliā quadam-
modo, sensus autem sensibilis; & illud
in text. 38. & Intellectus forma
formarum, & sensus forma sensibilium:
& denique illud in text. 6. & bene utique
qui dicunt animam esse locum formarum,
509 Alio modo Intellectus abstrahēdo
ab agente, & patiente, & c. ab eodē Ar-
do Animatax 49. distinguitur in specu-
latiuum, & practicium, illis verbis: Intel-
lectus autem qui propter aliquid ratiocinatur,
& qui alius est, differat autem a
speculatiuo, his.

Breuitate speculatiuo dicitur, quatenus
est principium speculatiouis, practicus,
quatenus est principia praxis. quomo-
do autem speculatio, & praxis differant
lib. 1. ubi de scientia speculatiua, & pra-
ctica, diximus. Distinguui etiam potest Intel-
lectus in ordine ad suas operationes,
hoc est apprehensionem, iudicium pradi-
cationem, & iudicium, iudicium, de quib.
satis libro primo egimus; ita ut alius dica-
tur apprehensius, alius iudicatius; &
rursus iudicatius alius predicationis, a-
lius iudicium. Inveniam multipliciter di-
flingui potest, quam multa sunt obiecta

intelligibiliā formaliter inter se diffin-
ita, ut intellectus adequate quidem sum-
pus unus sit, inadiquatus autem sumpus,
tam multiplex sit, quam multa sunt obiec-
ta intellegibiliā formaliter inter se dif-
finita, quod idem dicendum proportiona-
liter est de remoria, de voluntate, de
senſu, de potentia materiæ, atque pluri-
mis potentissimis. Nulla tamen harum di-
stinctionum secundum id, quod dicitur in
intellectu, maior est, quam formatis, seu
virtualiis. Atque intellectus vel intellectua
seu principium intellectus est, obiecta
formata adequate ut dictum esse in-
telligibile, seu terminacionia intellectio-
nis, ut tale est, seu quod idem est, verum
ut et veritate transcendentali sum-
ptum suppositione abducatur, ut comple-
xitatem non solum verum simpliciter sic di-
citur, seu re est verum, sed et nerum secun-
dum quid, hoc est facta, seu apparentia, &
obiectum tantum verum, quamvis intellectus
noster non possit naturaliter suis ve-
ribus omnem verum attingere.

510 Intellectio autem, quæ ut effecti
ve ab intellectu producitur est actio, ut se-
bieat in eodem recipitur est passio, ut
qualitas quedam est seipso. formaliter re-
presentativa rei, quæ intelligitur, & oblie-
gueretur imago quedam uitram illius, ut
dictum est cap. superiori, ubi de phantasi-
atis, &c. & species intelligibilis expressa
seu verbum mentis, quo nomine distin-
guitur a specie expressa, quæ non est intel-
lectio, sed sensatio.

Ac licet recte species hoc expressa, seu ver-
bum mentis dicatur terminus intrinsecus
intellectionis sumendo intellectu, ut
actio est, non distinguitur tu hic terminus
a parte rei, sed formaliter, seu virtualiter
tum ab intellectione, ut alio est, iuxta dicta
alibi de actione nec ipse ab intellectu
eū produceat directe cognoscitur, sed est
tum medium, seu ratio cognoscendi re per
ipsum representatam, reflexe tū per alias
cognitionē realiter ab ipsa distinctam co-
gnosci pot. Nullo autem modo concedendū est
omni nostrā intellectuō ad accidentia,
aut ad sensibilia, aut ad univeralia re-
stringi. Evenimus, & accidentia, & subtilitas
& sensibilia, seu corporalia, & insensibilia
seu spūlia, aliaq[ue] intelligibiliā, & su-
gularia, & univeralia pot. intellectus no-
titer cogiscere, non tamen eodem modo, sed

Intel-
lectus obie-
ctum.

7
Intra-
dicta ipse
dicta

Intel-
lectus
sensibilia
& pra. 3.
C.

ita, ut accidentia quidem singularia sensu externo, aut interno agente cum externo finephantatis interventu sensibilia cognoscat intuitiuè; accidentia autem singularia sensu tantum internophantasmatis ventre sensibilia, & substantias, & spiritualia, aliaque pure intelligibilia, & vno ueritatis, sive a rebus spiritualibus, sive a corporalibus abstracta non nisi abstractiuè intelligat.

Quomodo autem intuitua, & abstractua cognitione differantur superiori explicatum est. Neque vero, vt substantiae separabiles, seu spirituales e modo, quo a nobis intelligi possunt, & quad illa praedicata, qua a nobis intelligi possunt (neque enim quoad omnia pro huic vita statu intelligi a nobis possunt) intelligantur, vila requirunt, ut intercedere potest realis vno intellectus agentis cum paciente, aut vi cogitatrice supra explofa, qua perfectissime fiat per susceptionem omnium specierum intelligibilium, quibuscum simul intellectus agens perfectissime in paciente recipiatur, & cum eodem vniatur, atque ita constitutur ille, qui a quibusdam appellatur intellectus adeptus, & merum figuratum est.

Neque quod Aristoteles secundo de Anima text oculauo docet intellectum, cum factus est singula. tunc, & seipsum intelligere posse, ita accipendum est, vt alia omnia intelligere debeant, antequam vila modo seipsum intelligat: sed ita, ut tunc perfectius se intelligere seipsum possit, cum alia multa intellexerit, & ex suis operationibus naturam, essentiamque suam melius ratione dexterit. Se ipiam tam etiam, vt alia, que supra diximus abstractiuè tantum potentiam intellectuam, seu anima per potentiam intellectuam in hac uita intelligit.

8
*Species in intelligibili-
bus ex-
pre-
sa.*

Prater intellectiones, dari species intelligibiles impressas realiter ab illis distinguit, sepe iam supposuimus, nunc asterimus: nec probabilem eorum existimamus opinionem, qui adhuc, vt intellectus res, quas aliquando presentes intuitiuè cognovit, etiam quando absunt, cognoscere possit, sufficere aiunt, quod eas aliquando co-

gnouerit, etiam si nulla ipsarum species ab intellectuibus distinctæ, intellectuibus ipsis desinientibus, in eo relinquantur: quamquam haec species ad alia etiam, quam ad ea, quæ in intellectu aliquando intuitiuè cognovit, tunc quoque, quando absunt, cognoscenda, sunt necessariae.

Mitto hic quomodo habeant rationes imaginis, & dicantur species impressæ, quod vtrunque supra, ubi de phantasmatis, explicatum est. Alia de illis, per obscuram, & per abstrusa explicanda te offerunt.

Primùm autem statuendum est in duplices esse generæ, alias incomplexas, seu simplices, hoc est representatiæ terminorum incomplexorum, non tantum quorūcunque, sed eorum tantum, quorum connexio non est immediata, seu non patet ex terminis, ut in principiis per se notis: sed est mediata, seu indiget, ut a nobis cognoscatur, aliquæ medie, ut in aliis omnibus propositionibus non per se notis. Sed difficultas est quomodo producantur.

9
*Terundæ
productio-*

Species igitur complexæ (vt ab his, in quibus res facilius videntur, ordinamus) quæ non quia sint in sua entitate realiter compositæ, sed ob rationem alliarum complexæ dicuntur, productum mediate ab anima, immediate ab actu intellectu, quo ex præmissis inferunt conclusio, seu ab actu illationis, & quidem, ut ab agente principali: licet sub alia ratione dici etiam posit, ut ab agente instrumentalis qui actus, vt est ipsa species expressa in actu secundo enidens, vel non euidentem, hoc est representariuam modo supra explicato euidenter, vel non euidenter euidentem conclusionis obiectuæ: per quam speciem potest deinde intellectus facile elicere alios actus circa eamdem conclusionem similes illis, per quem huiusmodi species producta est, hoc est euidentes, si ille fuit euidentis,

vel non evidentes, sed probabiles tantum, si ille non fuit cuidens, sed probabilis tantum, &c. et ceterum, cum antequa haberet huiusmodi species ferè non nisi difficulter posset elicere primaria actum circa eandem conclusionem, quia nihil habebat, quod ei statim representaret connexionem, vel non conexione extremorum cum medio, & consequenter inter se; sed tantum quid ei representaret vnumquaque extreum secundum se abuso cognitione connexionis, aut non connexionis ipsorum inter se: quia cum obscura sit, non nisi per medium multo ferè studio, labore querendum, & inueniendum cognosci potest.

Dixi ferè, quia inter conclusiones etiam non per le notas quadam sunt, quae medium adeo cauge, præfert paulo ingeniosiori, obviū habent, ut fine difficultate occurat. Sed, ubi est difficultas, species complexa, quae post primum actum illationis producitur, eam penitus tollit. Atque in huiusmodi speciebus complexis consistunt formaliter habitus intellectu*s* discursu*s* habitus quidem scientia*s* in speciebus complexis representati*s*, conclusionis obiectu*s* evidenter, habitus uero opinioni*s* in speciebus complexis representati*s* conclusionis obiectu*s* probabiliter, &c.

513 Species uero incompletae producuntur item mediate ab anima, immediatae ab actu intellectu*s* incompletae, seu apprehensioni*s*, & quidem ita, ut ad quemlibet huiusmodi actum consequatur semper in intellectu*s* species incompletae representati*s* obiectu*s* incompleti, ut per huiusmodi actum cogniti, non item semper, consequatur alia representati*s* obiectu*s* incompleti secundum se, sed tunc tantum, quod nec huiusmodi obiectum secundum se potest perphantasmatis representari, nec in intellectu*s* adeat alia species incompletae eiusdem obiecti secundum se representati*s*. Sed cum intellectu*s* incomplexarum, seu apprehensionum alia sint intuitu*s* quas intellectus una cum sensibus extensis, & communi, aut etiam astigmatu*s* circa obiecta sensibilia praesentia versans elicite-

ant abstracti*s*, quas idem intellectus elicit circa obiecta absentia: sed intuitu*s* nunquam species predictae sunt necessaria*s*, ad abstracti*s* uero alienando non sunt necessaria*s*, aliquando sunt. intellectu*s* enim incomplexarum abstracti*s* alia sunt, quas intellectus elicit circa obiecta sensibilia in phantasmati*s* representata*s*, sive singularia, ut circa hoc album, vel hoce nigrum sampa*t* eodem modo, que in phantasmati*s* representantur, sive universalia, ut circa rationem albi, vel nigri, abstractendo a rationibus individualibus, quibuscum*p* in phantasmati*s* representantur, & ad has non sunt necessaria*s* species predictae, sed sufficiente ipsa phantasmati*s*, circa quae, vel adequate*s*, vel inadquate*s* sumpta, ut circa obiecta nerfatur: aliam autem sunt, quas intellectus elicit circa obiecta pure intelligibilia, sive singularia, sive universalia, que secundum se nullo modo in phantasmati*s* representantur; sed ex sensibili*s*, ne presentibus in se, vel in phantasmati*s* representatis ab intellectu*s* deducuntur, ut spiritualia, ratio substantia*s*, ut distincte ab accidentibus, uel accidentis, ut distincti a substantia*s*, ratio causa*s*, uel effectus, & huiusmodi: & ad has sunt necessaria*s* species predictae.

514 Sed per arduum hic ad exemplandum videtur, tum quomodo universalia sensibilia in phantasmati*s* ab intellectu*s* percipiuntur sine rationibus individualibus: tum quomodo ex sensibili*s* deducuntur pure intelligibilia: tum quomodo haec species incompletae, que ad predictas intellectu*s* incomplexas abstracti*s* circa huiusmodi pure intelligibilia ciocciandas sunt necessaria*s*.

Dicendum tamen uidetur universalia, que sunt in rebus sensibili*s*, verbi gratia, rationem coloris, rationem animalium, &c. et ceterum. Similiter cum rationibus individualibus, vel in ipsis obiectis sensibili*s* singularibus in se presentibus, vel in eorum phantasmati*s*, tum a sensu, tum ab intellectu*s* percipi: sed ut secundum se precise, ut tales naturae sunt abstractendo ab omni singularitate, quod intellectus proprium est.

20
Universa
rum, &
sunt in-
telligibil-
ium co-
noscere.

cognoscantur, debere intellectum a voluntate applicari, & determinari ad huiusmodi naturas secundum se praeceps considerandas, non considerata carum singularitate: pure vero intelligibilis, nempe spiritualia, & alia, quæ vel sunt corporalis quidem, non sunt tamen secundum suas proprias, formalesque rationes, sive in universalibus, sive in singulari sumptibus, sensibilia, sed tantum intelligibili verbi gratia, substantia corporeæ, ut distincta a suis accidentibus, accidentis corporeis, ut distincta a sua substantialitate, &c. vel abstractantur a spiritualibus, & corporalibus, ut ratio substantiae, ratio accidentis, ratio cause, ratio effectus, &c. sumpta, ut abstractantur, debere ex corporalibus per illationem deduci: atque ad spiritualia, in quibus praincipia videtur esse difficultas, intellectum paulatim sic ascendere, ut ex certis effectibus corporeis inferat causas: deinde intelligat huiusmodi causas non posse esse res corporeas, atque ita removat ab illis rationem corporei, seu ensis, formaliter extensi, & dimensibilium cognoscat naturam huiusmodi rerum non consistere in remotione, seu negatione corporei, sicut per illam, tanquam per aliud necessariò consequens, explicetur: sed in illo positivum, ad quod huiusmodi remoção, seu negatio consequitur: denique hoc positivum in eo stitum esse intelligat, vi sit totum in toto, & totum in qualibet parte, seu omnimodum habeat suarum omnium partium virtualium identitatem: si est cœperitus positivus, quen nos in hac vita naturaliter de rebus spiritualibus, ut spirituales sunt, formare possimus; quæ differunt alij omnes conceptus, tuum rerum corporarum, sive formaliter, & reduplicatiue, sive materialiter, & specificatiue, non autem formaliter, & reduplicatiue sumantur, vi est ratio entis ex ictu: tum denique abstractentum a corporeis, & spiritualibus, ut est ratio entis utrisque communis.

Denique species incomplexas, quas necessarias esse diximus ad intellectiores incomplexas, circa pure intelligibilias prædictas, effectuè produci mediatis ab anima, immediate ab intellectiōibus, n. complexis, seu apprehensionibus prædi-

ctis, ad eum proportionaliter modum, quo eas rationis dicuntur fieri, licet hæc ab ipsa cognitione, qua cognoscitur, in extremo libro tertio, dicitur: ita, ut in genere causa efficientis, prior natura sit intellectio prædicta; in genere vero causa finalis, prior natura sit species; numquam tamen nec in tempore, nec in instanti temporis detur illa, quia detur hæc, ut eius effectus, & obiectum simili: licet hæc secundum se, illa definita permaneat, ut alij similis intellectiōibus facile iam eliciendis inferiat.

315 Ex his colligas primò,phantasmata ad productionem specierum intelligibilium interdum nullo modo concurre, quando scilicet prædicta species producatur per intellectiones abstractivas supradictas, non concurrent tamen effectus, sed partim dispositiue, ac materialiter, quatenus supponuntur ad intellectiones abstractivas supradictas, partim obiectivæ, quatenus obiciuntur intellectui, dum rationes quasdam universales rerum sensibilium in ipsis phantasmatis representantur, a rationibus individualibus abstractis, vel alias pure intelligibilis ex illis, quæ in phantasmatis cognoscit, deducit, ut supra dictum est: atque his ipsis modis interdum concurrent proxima incedunt, tantum ut infra. Secundo quomodo intelligendum sit illud Aristot. in 3. de Anima. 30. nuncquam sine phantasma intelligit anima: & illud in codem libr. tex. 32. formis igitur intellectuum in phantasmatibus intelligit; & denique illud in codem lib. tex. 39. in formis sensibiliibus, in intelligibilis sunt, & quæ in abstractione dicuntur, & quæcumque sensibilium habitus & passiones sunt. Et ob hoc, qui non sentit aliquid, nihil neque addiscit, neque intelligit, & cum speculetur, necesse est simul phantasma aliquid speculari; phantasma autem velut sensibilia sunt, præterquæ quod sunt sine materia.

Nou enim hæc ita accipienda sunt, ut Aristoteles, vel intellectum nostrum nihil vnde quam intelligere, nisi cooperante phantasia, iei sensu interno videnti phantasmatis, (quaminus in intellectiōibus abstractiis id feret fieri) & intelligendip id, qd intelligit, in phantasmate, ut in obiecto: sed ita, ut quando intellectus in pura potentia de-

bet aliquid de novo intelligere, nec habet sensibilia in se ipsis praesentia, necessario debet representata inphantasmatis, ut vel in ipsis intelligatur, vel ex ipsis deducatur modo supra explicato.

12
Speciem
antell. ge
bilem.
amperfor:

Tenio eum species intelligibilis imperfeta nobis res pure intelligibilis representantur: ratio enim est, quia ex rebus sensibili bus, vel in se presentibus, vel inphantasmatis non intelligitur, non quidem ut ex ipsa, sed ut ex obiecto proxime, aut remoto ab intellectu quadammodo educuntur seu quod idem est, ad presentiam rerum sensibilium, vel in se ipsis, vel inphantasmatis proxime, aut remoto ab intellectu producentur: res autem sensibilia non nisi imperfetae in cognitione rerum purae in intelligibili ducunt nos possunt.

Dixi proxime, aut remoto, quia quedam species intelligibilis producentur ad presentiam rerum sensibilium, vel in se ipsis, vel inphantasmatis, immediatae, & proprie taliter, inmediatae, & remotae, quatenus producentur ad presentiam aliarum specierum intelligibili, a rebus sensibili bus modo explicato acceptarum. Quartus cur eadem species intelligibilis a quibusdam dicuntur aliena, non ait proprius rebus, quare sunt species ratio cuius est, quia ex rebus sensibili accepimus modo explicato. Quinto intellectum agentem non alia ratione dici efficiere obiectum intelligibile actu, nisi quatenus producit, ut dictum est species intelligibilis. Quid vero dicti solet eiusdem intellectus munus praeterea esse illustrarephantasmata, non ita intelligendum est, ut intellectus agens alii quid lucisphantasmatis impertiat, aut ob ipsis cumphantasmata coniunctionem, ea elevet, ut ad species intelligibilis effectu producendas concurrere possint: sed ita ut vel in ipsis, vel ex ipsis intelligatur, modo supra explicato: & melius dici intellectum ad presentiamphantasmatum, non quidem semper, sed aliquando intelligere, & producere species intelligibilis, ut dictum est, quam illustrarephantasmata. Sexto et in intellectus, quando ab eodem intellectu, qui eas prodixit referte cognoscitur abstractivus, per speciem intelligibilis, non autem intuitivus cognosci. Atque his reijsiendis illud est, quod alio iudicentur velle reflexione intellectus ad suam alio operationem ferri per quandam intellectus ip-

hus secundum suam substantiam super se ipsum, seu in seipsum replicationem, quā proinde sensui conuenient negant: nihil enim tale facit intellectus, cum reflexe cognoscit, sed cognitionem ratiū elicit habentem pro obiecto aliam suam cognitionem, non quidem in se ipsis, sed in specie intelligibili representata, atq; ita cognoscit se cognoscere, aut cognovisse, aut cognitum esse, aut posse cognoscere, quae operandi modū imitatur est, licet imperfecte, sensus interior, cui cognoscit aliquid a se ante cognitionem fuisse, quod sine confusa aliqua cognitionis sua præterita cognitione fieri non potest.

13
Speciem
intelligi
bilem ad
intellectio
nes con -
uersas.

Sed, ut, quæ reliqua sunt de specie bus intelligibili, ab soluamus, de earum ad actus intellectuū cōcursu distinguendū est: species n. complexæ ad eos concurrunt obiectuū, tum ēt effectuū, ita, ut sub diuersa ratiō dicī possint tenere se, tum ex parte obiecti, quatenus s. vicē obiecti gerunt, tū ex parte potentia, in qua sunt, qua teniunt se intrinsecus determinant, & juvant, ad obiectū in ipsis representatū facilius, vt supradictū intelligendū spēs aut incomplexe ad eas quidē intellectiones, per quas efficiuntur non nisi finaliter, & obiectuū cōcurrunt: ad alias aut illis, per quas effectuū sunt, similes facilius deinde producendas, non scilicet obiectuū, sed ēt effectuū proportionaliter, ut de specie b. complexis dictū est, concurrent evidenter. Ac spēs quidē incomplexe ēt si rerū contrariari sint, non sunt inter se contraria, nec quādā hūt a quo corrumpatur: species aut complexæ in quib, rationem habitus intellectuū discursuū cōsistere diximus, eam tñ proportionaler dicenda sunt hīc inter se contrarietate, quam habent actus, ad quos inclinant, seu possint concurrere: contrarii igitur, & incompossibilis erunt habitus scientiæ, & erroris, vel opiniois fallax, ut etiā suspitionis, vel dubitationis circa id: habitus autem scientiæ, & opiniois verae circa idem, nullam habent contrarietatem: consequenter tam ipsi, quam ipsorum actus simul esse possumi, modo iamē opinio uera sumatur præcisè, ut opinio uera, seu assensus ex ratione probabili, vel auctoritate alicuius (quan. q, quae est ex autoritate propriæ dī fides) circa propositionē uera, non aut pro formidine intellectuali, hoc est suspitione, quæ opinionē, & fidē huma-

12
In uita
sustentia
vita, tra
sito.

14
Reflexa
cognitionis

nam etiam circa propositionem veram
ex parte conferuntur, ne altera pars ve-
ra sit; sive inquam, non semper; ali-
cuando enim etiam opinio, & fides hu-
mana (de divina enim hic non loquimur)
omne ab intellectu excludit firmidi-
tem, seu suspicionem partis oppositae, li-
ter falsum illi subesse ab solute non re-
pugnet.

Alia, quæ de speciebus intelligibilibus
hic pluribus explicanda non dicimus, ex
dictis hoc, & superiore capite, vbi de phâ-
smatismis, quæ vero de ijside, vt habitus
intellectus sunt, addi possent, ex libro pri-
mo, vbi de scientia, intelligentur.

517. De habitibus tantum intel-
lectu, quos Aristot. 6. Ethic cap. 3. enu-
merat, & de ingenio, iudicioque adian-
gendum hic aliquid est.

Ac primùm, quod ad habitus illos perti-
net, qui sunt intellectus, sapientia, scien-
tia, prudenter, & ars, pro certo haben-
dum est, non omnes ibi habitus intellectu-
los ab Aristotele enumerari, sed eos tan-
tum, quibus anima affi mando, aut negan-
do, verum dicit, vt ibidem Aristotel. lo-
quitur, & quibus proinde virtutis intel-
lectualis nomine merito convenit; neque
hos tamen omnes, sed præcipios tan-
tum, qui ad alios potiores habitus intel-
lectuales sua natura non ordinantur.
Intellectus dicitur ibi habitus principio-
rum, & quidem speculatiuum, quo pro
positiones speculatiuuas immediatas,
seu per se notas cognoscimus; & aliquan-
do sumitur pro potentia ipsa intellectu,
quatenus naturaliter apta est co-
gnoscere huiusmodi proprietates; ali-
quando vero sumitur pro speciebus in-
telligibilibus sive complexis potentia intel-
lectu sive superadditis; quibus ita re-
presentari posunt termini incompleti
predicarum propositionum; vt illis ce-
guinis sine viro medio eorumdem etiam
inter se connexio cognoscatur.

Sapientia multipliciter, sed quatuor
principiis modis sumitur: interdum pro
humanarum, diuinarumque rerum scien-
tia, quomodo aggregatum est omnium
scientiarum, sumpta feliciter particula
(humanarum) pro (creatarum;) in-
terdum pro scientia per altissimas cau-
fas, cuiusmodi est præcipue Metaphy-
sica: interdum pro scientia rerum præ-

stantissimarum, siue sit per altissimas
cauas, siue non, cuiusmodi item est, præ-
cipue Metaphysica: interdum pro ag-
gregato ex intellectu, seu habitu principiorum,
& scientia rerum præstantissimarum;
hoc est ex principiis per se
notis, & conclusionibas circa res præ-
stantissimas, quæ item acceptio præ-
cipue Metaphysice cum suis principiis
accepte conuenit. Et sic sapientiam su-
mit Aristotele libro citato cap. septimo.
Scientia eodem libro cap. tertio citato su-
mit ab Aristotele pro sola speculativa,
de qua alibi diximus.

Prudentia ibidem cap. 5. definitur habi-
tus cum vera ratione actiuas; & breuius,
recta ratio agibilium, de qua plura hic
dicenda non sume. Arts ibidem capitulo
quarto definitur habitus cum vera ra-
tione factiuas; & breuius, recta ratio
factibilium, de qua satis alibi diximus.
In ea igitur enumeratione Aristotel. ha-
bitum principiorum factiuorum, & scien-
tias factiuas, seu artes docentes reducunt
ad artem utentem, ad quam ordinantur,
& quam solam ipse ibi definit: ha-
bitum vero principiorum actiuorum
& scientias actiuas, ad prudentiam, ad
quam item ordinantur: Logicam deni-
que præcipue ad sapientiam, & scien-
tiam, tum etiam ad scientias actiuas, &
factiuas, & mediis illis ad prudentiam, &
artem.

518. Quod ad ingenium iudi-
ciumque spectat, quod alterum ex duo-
bus supra propostis est, multorum inge-
niorum, iudiciorum non medioriter quicquid
illa exercet, an ingenii, iudiciorum ma-
ior, minorum præstantia ex sola corporis
dispositione, an ex anima, an ex utraque
dependeat. In qua difficultate illud
primò loco ponendum. si ingenium, aut iu-
dicia sumatur pro eo quod dicunt ex
parte animæ, quod suum esse non pende-
re a corpore, sed a Deo cum anima ipsa,
qua cum identificentur creari: si vero su-
muntur pro operationibus ipsius ab inge-
nio, iudiciorum pendentibus, dubium ef-
ficiunt posse, quia melior, deteriorum
corporis dispositio ad maiorem, minorem
ve illarum. Præstantiam conferat, sic Ari-
stot. secundo de Anima text. 94. ex tactu,
quem hunc animalium omnium exqui-
ritissimum habet, infert hominem anima-

17
ingenio,
sunt;
mater, mi-
nora pro
stantia.

lum omnium prudentissimum esse: tum addit, signum autem, & in genere homini sed in seniorum hoc ingeniosos esse, & non ingeniosos: secundum autem aliud nullum duri enim carnis inepti mente, molles autem carne bene apti, quae ita intelligentia sunt, ut non quilibet carnis molles ingenio excellentiam arguat, sed ea tantum, quae ad naturalem, & optimam corporis temperationem consequitur: atque haec propter ea id arguant, quod si optimè temperato corpore, optimi, tenuissimique spiritus ad corporales omnes functiones, sive remote, sive proxime potest intellectus inferiueriens, quam expeditissime, ac perfectissime obeundis necessarii generantur. Hanc autem optimam corporis temperationem videtur Aristoteles secto, o. prob. 2. uelle illa esse, in qua melancholia dominatur, dum cauam conatur reddere, cur omnes, qui aliqua vniuersitate in ingenio claruerint, melancholici fuerint. Verum Aristoteles non de melancholia, seu aura bilis frigida, & siccetum se sumpta, quae homines pugros, & hebetes reddit: sed de ea, quae aura bilis, sanguinis, & spirituum calore adusta, calida, & secca est, & ad omnia motuum promptitudinem, ac celeritatem magnopere confort, vino ab ipso Aristoteles comparata, intelligi debet. Quod si quares, an ipsa anima rationales, sicut omnes eisdem speciei atonae sint, in individuo tamen, ita inter se differant, ut alia secundum se abstrahendo a corpore perfectior, atq; adeo ingenio, iudicio quoque præstantior, alia imperfector, minusque præstans sit: respondetur difficile omnino effidit iudicare, multa tamen esse quae partem affirmantem probabilem faciant.

Ad intellectum pertinent etiam admiratio, & alia quædam, que uberen philosophandi materiam præbere possent. Sed de intellectu satis hic iam dictum de memoria, intellectu, & voluntate aliquid dicendum est.

519 Memoria, intellectu nihil aliud est, quam ipse intellectus, ut recordatur rerum a se ante intellectus: & eodem modo diuidi potest in memoria potentia, memoria actu, & memoriam habitum, ut intellectum diuidi supra diximus. Elius a reminiscencia discrimen, & si quid aliud de illa querendum superest, ex dictis hoc est, & superiori capite intelligi satis potest.

520 Voluntas, quæ alio nomine appetitus rationalis ad distinctionem appetitus sensitivus, & appetitus naturalis appellatur pro obiecto formaliter adiquato habet uolibile, hoc est terminatum uolitionis, ut tale est, comprehendendo tam sub uolibile, etiæ nobilis, & sub uolitione etiam uolitionis; sicut nomine voluntatis comprehenditur etiam potentia nolendi, seu, si loqui fas sit, noluntas. At si uoluntatem distinguamus in uolitionem, & nolitionem: ut volitiva est, pro obiecto formaliter adiquato habet uolibile, prese sumptum, ut distinguitur a nobili, seu terminatum uolitione, prese sumptu, ut distinguitur a uolitione, quatenus tale est, seu quod idem est, bonum, ut bonum bonitate transcendere talis sumptum suppositione absolute, ut complicitur non solum bonum uerum, sed et factum, seu apparet: Ut autem nolitione est, pro obiecto formaliter habet nobilis, seu terminatum uolitionis, quatenus tale est, seu quod idem est, malum, ut malum sumptum item suppositione absolute, ut complicitur non solum malum uerum, sed et factum, seu apparet. Indifferens autem, ut indifferens, seu abstrahens a bono, & malo, nulla ratione potest esse obiectum uoluntatis, sive tamē circa bonum, sive circa malum verterat uoluntas, semper in suis actibus pendet ab intellectu tanquam propONENTE obiectum: ut uerissimum illud sit, nihil uolitum nisi cogitatum: quemadmodum & contrario, intellectus in suis actibus, tamē si non omnibus, pendet a uoluntate, tanquam ab applicante, & determinante ad hoc potius, quam ad aliud intelligendum. Plura de uoluntate hic non addo.

521 Alia, quas supra indicauimus principales animæ rationalis potestis, sunt potentia ridendi, potentia flendi, potentia mouendi localiter corpus certis quibusdam motibus ab intellectu, & uoluntate pendebitis, ut artificiosè saltandi, scribendi, pingendi, compleendi manus, supponendi pedem, &c.

Ac potentia quidem ridendi pro obiecto formaliter habet ritum, quiescit pectoris, oris, & faciei motus a diaaphragmate, aliquique museus, si factus ex cognitione intellectu obiecti iucundi, noui, & repentina, uoluptate, seu gaudio, uoluntatis inde consequenti, cordis dilatatione, ac spirituum diffusione ortus.

Proniores autem ad sanguinem sunt sanguinei, & bilioi, quam melancholici, & picui-

19
Voluntas

10
Alia min-
us prin-
cipales a-
nimæ ra-
tionalis
potentias.

21
Ritus.

tost ob maiorem caloris, & spirituum copiam ad prædictum motum efficiendum necessariam, & rudis, atque inexperti, quia sapientes, & experti quod plura illis, quam his, non, & insolita videantur.

22
Lachryma.

522 Potentia fiendi habet pro obiecto formalis sicutem, seu lachrymas, quae nihil aliud sunt, quam tensio pituita ex venis capitis, & cerebro defluens, quatenus glædulis intus ad oculorum angulos sitis exercita per oculos effundit, ut anima rationalis, ut rationalis effectus dicantur, ortum ducent deinceps ex cognitione intellectu obiectu tuulis, vel lati, & tristitia, vel latitia consequente in voluntate, atque et plurimum quidem causa lachrymarum in voluntate est tristitia, ad quam consequitur compresatio muscularum, quibus lachryma exprimitur, interdum autem est latitia, ad quam consequitur tum cordis, & arteriarum, tum etiam meatus, per quos lachryma fluunt, dilatatio ob spirituum efficiens, & consequenter lachrymarum ipsarum effusus: si tristitia, & latitia vera, sive fœta sit. Aliquando etiam lachryma sponte sua ob humoris copiam, & meatum laxitatem excedunt, salsefide ne in antein quandam ab humoris, & subtiliter terri admitti inconcoctione, seu imperfetta concoctione habent. Et cum ex gaudio profiliunt calidores, cum verò ex dolore, seu tristia decadunt tepidiores, aut etiam frigidæ interdum sentinentur, non solum quia in gaudio magna spaciatur ex corde copia, quibus lachrymae caelestunt, effunditur, in tristitia vero spiritus ad cor recessant, sed etiam quia effusus per gaudium ipsius, gena, ita incalcent, si dem vero per tristitiam renocatis, ita tepecent, aut etiam frigescunt, et lachrymae recipiunt generum in gaudio frigidæ, in tristitia calidi ratiinem habent. Eadem autem videatur lachrymarum, & latitiae materia, tenacior, & pituita, quam diximus, ita, ut quae per oculos non effundit, ad eis derinetur, sicut salissas, quae in lachrymam levit, in fulta ordinaria non tentantur, quia, cum admodum remissa sit humore, in quo est, per longiores meatus quasi colato, aut penitus decedit, rur aut majori pituitæ copie admissa sensibili esse definit.

23
Peterius
640. m. p.
162. 7. 111.
4. 2. 4. 111.

523 Potentia loci motiuæ in ordine ad motus, quos supra dixi, sicut & ea, quæ ad risum, &c. &c. quæ ad lachrymas concurrunt, euentus animæ rationali, ut rationalis est, tribuitur, quatenus eadem anima rationalis,

lis, quæ per intellectum cognoscit aliquid extrinsecum a se faciendum, & per voluntatem mouet ad illud volendum, per predictam potentiam loco motricem, seu exercutricem illud idem exequitur, sicut potentia loco motiuæ in ordine ad motus a sensatione tactum, & affectu sensitivo pendentes, tribuitur animæ sensitiva, ut sensitiva est, quatenus eadem anima sensitiva, que per sensus cognoscit aliquid sibi bonum, vel malum, & per appetitum sensitivum mouetur ad illud prosequendum, vel fugiendum per potentiam loco motricem, seu exercutricem illud: idem localiter prosequitur, & fugit, nec repugnat unam cædem, quæ poterit loco motiuam in sub ratione ad animam rationalem, sub iusta ad sensitivam pertinere, nisi quis malit dicere potentiam loco motiuam conçipi ad peculiariter quendam in anima gradum, secundum quem conlinuat anima loco motiuæ in anima divisione distincte numerandas, non numerari uidetur ab Aris. 2. de Atriatex 24.

524 Sed hoc ad modum loquendi pertinet: illud ad rem, quæ prædictæ nonnunquam principia animæ rationali poterint organicae sunt, principia autem, de quibus supra, inorganicae. Dicuntur autem in universum potestis organica illæ, quæ, ut existant in actu, indigeni organo, inorganica, quæ non indigeni. Sed dubitari potest, quid hic organi nomine sit intelligendum. Breitner, organum hic dicitur pars corporis animalia non solum, quæ proprie instrumentaliter ad operationem animæ concurredit, ut musculi ad motum progreßum; sed etiam, quæ materialiter, sive compiendo in se qualitatem aliquam, actione cuius, & obiectum quoddammodo conjugant potest, quando in immediate coniungi non potest (sive hoc, quod sive compiendo, sit effectus ab obiecto, ut lumen in oculo, sive ab anima ipsa, ut phantasma in cerebro, sive ab utroque, & interdum compenso in tactione durorum, &c.) & potentia, ita determinatur ad elicendum actum, vt nec illum posse non elicere, modo adhuc omnia ad illum efficiendum, sive possit; nec elicere possit alium, quam illum, ad quem ab huiusmodi qualitate vice obiectum determinatur. Hæc de anima rationali potest.

525 De anima ipsa rationali separata ne multa, quæ sit: cum Angelis communia sunt, & attingendi hæc non censeo, misere cogat, illud tantum proponam, quod Aris.

24
Peterius
organica,
& inorganica.25
Animæ
separata.

de illa scriptum reliquit 3. de Anima text.
zo ubi, separatus autem (intellectus . s.)
est inquit, solum hoc quod quidem est, &
hoc solum immortale est, & perpetuum,
qua se accipienda sunt, ut Aristot. nomine
intellectus separati, non intelligat tantum
intellectum agentem, sed etiam partem
realiter cum illo, & cum anima intellectua
identificatum, ut diximus, atque ita do-
ceat animam intellectum, tunc, cum se-
parata est a corpore, esse solum hoc quod
est, hoc est esse solum, atque adeo perfecte
intellectuam sine vila rebus sensibilibus
externis, aut a phantasmatis, ut ab obiecto
dependentia, qua in intelligendo turbetur,
& impeditur, ut sepe accidit, dum corpus
informat. Non explicat tamen Ar. quomo-
do tunc anima intelligat, an per species
hie acquisitas, & conferutas, an per alias
quas vel ipsa tunc acquirat, vel a Deo illi
pro status illius ratione infinitas accipiatis;
sed tantum sit hoc solum immortale esse,
& perpetuum, quibus verbis distinguit an-
nimam, ut intellectuam a seipsa, ut sensi-
tuam, & docet eam solum, ut intellectui ro-
nem habet esse immortalem, & perpetuum

non autem, ut sensitui, sumpto sensitui
proto, quod proxime potest sentire, quod
animæ separatae non continent. Quod vero
ibidem addit (non reminiscimur autem,
quia hoc quidem impossibile est, passim
vero intellectus corruptibilis est, & sine
hoc non intelligit) non ita accipendu, est,
ut dicat nos post mortem, sed in hac vita
interdum non reminisci, quia licet hoc, qd
doucere esse immortale, si impossibile, palli-
us tam in intellectus, idest phantasia la-
tius sumpera, ut comprehendit etiam me-
moriā lenitatem (sic enim sumit ibi
phantasma intellectum,) ratione phantasmatis
est corruptibilis, atque ita inter-
dum corruptitur: memoria autem ea,
qua est intelligibilium (intelligere pro
huius vite statu) non hinc phan-
tafmate est, inquit idem Ar.
lib. de Memor. & remi-
nisc. cap. 1. Atque
hec de Ani-
ma, re-
bus
que physicis dicta suf-
ficiant.



THESIVM PHILOSOPHICARVM LIBER III.

EX METAPHYSICIS.



Vm omnis libero digna homine rerum cognitio magni in primis attinenda, & magnopere expetenda est: tum Metaphysica maximè humanarum prstantissima disciplinarn merito admiranda, & singulari quodam amore pariter, & honore videtur prosequenda. Etenim si eorum, de quibus agit, amplitudinem, & excellētiam species, nullam, aut latius per hanc rerum universitatem excurrentem, aut altius lese, Deoque proprius at tollentem inuenies si accuratam, quam sequitur agendi rationem, ac tiam intuaris, nullam in rebus investigandis, contemplandisque subtiliorem agnoscet: si eiusdem usum, utilitatemque consideres, nullam acuendis, & perpoliens ingenii accommodatiōrem, nullam in reliquarum scientiarum principiis constabiliendis, propugnandisque acriorem; nullam ad eam humanae felicitatis partem, qua in contemplatione reponitur assequendam, pluribus, aut majoribus abundantem, instructamque præsidijs, ultro fateberis. Mihi quidē ex illa etiam theses aliquot, qua tamen ea de Deo, deque aliis ab omni materia concretione semotis, se iunctisque mentibus, quorum tractationem Theologī sibi, recepto iam usu, vindicant, ne quaquam attingat in medium afferre cogitanti. talis quædam, ac tanta illius species, atque maiestas animo obueratur; nihil, ut mirari subeat eam ab Aristotele, aliisque passim Philosophis, exquisitiissimum in cælum laudum præconiis ferri. Sed ut ab aliis congestas in ea

lau-

laudes præterea, Aristoteli certè in Metaphysicorum librorum præmio testimonium de multis unum, sed quod instar omnium sit, præterire non debet: qui cum eam solam scientiarum liberam, nec humanam eius esse possessionem affirmasset: nec aliam, inquit, quam huiuscmodi decet honorabiliorum purare, quæ enim diuinissima, eadem etiam honorabilissima est. Talis uero bisfaria duntaxat utique fuerit. Nam, & illa, quam maximè Deus habeat, diuina scientiarum est, & si qua est, quæ diuinorum sit, hæc autem sola uerumque consecuta est. Deus enim tum causa omnibus esse videtur, tum quodam principium: & talem, aut solus, aut præcipue Deus habet. Ceteræ itaq; omnes magis ea necessaria (ad victum scilicet, & alia corporis commoda) sunt: nulla vero melior.



¶

¶

¶

M E T A P H Y S I C Æ

natura , ens , elusque paſſiones
in communi .

Cap. I.

*Metaphysica nomina naturarum indi-
cantia.*



Vam Latinī Phīloſophī Metaphysicā qua ſi poſt, vel trās vel ſupra natu- ralem vſitato- iam vocabulo nominat : eam Aristoteles nō nifi multitu- dini numero tāeret te ariſta, hoc eft poſt, vel trās, vel ſupra naturalia, vt eruditū obſeruarū viri, appellare conſueuit. Non ideō tamen poſt naturalē eam dici putandum eft; quia natura , vel dignitatis, ſed quia in- ventionis, & doctrinæ ordine posterior fit Scientia re: unū naturaliū m: trans autē, vel ſupra naturalē vocari coſtārū quia eft de rebus ordīne, cum natura , tum dignitatis re: naturaliū hoc eft a Phīloſophī tractari fo- litas excedentibus alijs etiam ab Aristot- dignitatis plenioriū ornatur nonnihilus, nunc enim antinomastici Phīloſophia 4. Metaphys. text. 5.7.8 & alijs in prima Phīloſophia 4. Metaph. tex. 6. Metaphys. tex. 3. & alio dicuntur quia inter omnes Phīloſophie partes nob̄dissima cīlītūne Theo- logia 6. Metaphys. text. 6. & 11. Metaphys. sum. 3. c. 1. quia Deum, qui lumine naturali cognoscere potest tamquam principle ſubiectūm conſiderat: quia principia cauſa eft, cur idem Aristoteles in librorum Metaphysicorum proemio ſupra citato doceat hanc Scientiam non humanam eft poſſeſſione, ea m̄q; Deo ſolo, aut maximē obtinēti. & eadē cauſa eft, cur libri Meta-

physicorum a quibusdam dicantur libri diuinorum: nunc ſapiētia 1. Metaphys. in proemio, & te. 44. & 11. Metaph. c. 1. & 2, quia primas, & aliiſtimas rerum cauſas in uigitar, eiq; oēſ ſapiētiae conditiones eō uenient, ut id Ar. in proemio p̄dicto p̄- bat: nūc deniq; princeps, & domina extre- tam Scientiarū, cui ceteras contradicere noſas ſit 1. Post. c. 7. non quia extera ſcī- entia illi propriæ ſubalternent, ſed quia eius eft ceterarū principia, cum opus eft conſimare, ac defendere, vt infra.

52 Superuacaneū igitur cuiq; fortaſſe videatur afferere hanc disciplinā, cui tot, tamq; honorificē conueniant appellatio- nes, nērē, ac proprie Scientiarū ſpeculatiu- um eſſe, ut libro primo, vbi de Scientia, jā affertū eſt; led illud neceſſario moneduſ vñ enī Ar. 1. Metaph. c. 2. docet ſolā Scientia Metaphysicā liberā eſſe, q; ſui iphiſ gra- tia eſſt, non ita eius accipiendo eſſe uerba quafi ſolam Metaphysicā ſpeculatiu- um eſſe: velit: fed ita ut Metaphysicā ſingulariter quadā ratione liberam, ſeu in inīs, & ſui gratia eſſe ſignificet; tū quia non ſolū non- ordinari natura ſua ad opus, q; illi ei cę- teis oībus Scientijs ſpeculatiu-is cō eſt: fed nec vlli alij Scientijs in ſuārum rerum probationib; ſubditur: cum tā ceteræ oēſ iphiſ, ſaltem per accidens, interdum ſubdā- iuntur: jā corporaliū, & materialiū rerum cognitio, quae in alijs Scientijs ſpe- culatiu-is traditur natura ſua quia gradus & aditus eft ad cognitionem rerum incor- poraliū, & immaterialiū, que traditur in Metaphysica: tum denique quia ſines Scientiarū omnium ſubduntur ſunt pra-

cipio

cinuo Metaphysice, quiete naturalis contigitum summi boni, hoc est Dei; in qua naturalem felicitatem hominis sitam esse plenarie consentiunt.

5:8 Sed ut etiam huius discipline, cuius iam genus non solum in remorum, sed etiam proximum nouimus, differentiam quoque, atque adeo definitionem, naturali quam totam perfecte cognitam, acutam perfectam habemus, illius subiectum paucis est explicandum. quod adquate sumptum non est solus Deus, nec substantia abstracta, ut Deum, ceteraque intelligentias comprehendit: nec substantia composta, aut ens praedicabile, ita ut Deus, ceteraque intelligentiae ad illam pertinente solum, ut principia substantiae composita, aut entis praedicabiliis nec tota esse in unius si per modum substantiarum consideratur nec res oes in viuenter sustinentes tam materialis, quam spirituales, quatenus per rones quid ditatius, & viuenter, & per primas, ac supremas, & tulas sunt cognoscibilis: nec solum ens reale, sive sumptum suppositione absolute completa, hoc est pro omnino ente reali, sive sumptum suppositione absolute incompleta, hoc est pro omnino illo ente reali, quod a materia abstrahit ratione, & re, vel determinante, quia, si ratio modo posset esse nisi re, & ratione materia abstractum, ut sunt Deus, & intelligentiae, vel saltem per indistinctiam, quia scilicet secundum abstractum ab eo, quod sit, vel non sit in materia, ut sunt ratio entis, ratio substantiae, &c. sed est ens sive principium alterum, & impliciter sic dictum, iactu existens, seu praesens, sive minus principaliiter, & secundum quid, seu cum addito sic dictum, id est non actu existens, seu praesens, sed vel præteritum, vel futurum, vel etiam tantu possibile, tam reali, sive rationis, seu fictio, qui modocunque, sub quo comprehenditur etiam ens negativum, ut infra, vi de ente rationis, sive fictio, reale tam primaria, rationis, seu fictio secundario, sumptum suppositione aboluta incomplete proportionaliter, et dictum est, quatenus est huiusmodi cur, seu quod in idem recedit, quatenus est teibile per principia propria huiusmodi entis. Quare nondatur tres Metaphysicae totales, quarum una de Deo, altera de intelligentijs, tercya de ente, et ens est agat, sed una, cuius prædicta sunt partes integrales, & definiti potest scientia de ente sumpto, ut dictum est.

5:9 Ad quam scientiam non pertinet, quod a licet dicunt, vincivique scientiarum proprium si hieclum prescribere, aut demonstrare illud etenec quod alii assertunt, prima principia, tum viuenter substantia, & ipsa propria, ut sunt illa duo, quorum alterum est affirmatum, necepe, de qualibet verum est affirmare, vel negare, seu necessitate est quodlibet esse, vel non esse, seu quodlibet est, vel non est; alterum negatum, necepe, impossibile est idem simul esse, & non est. Si enim impossibile est de eodem simul id est affirmare, & negare: tum alia minus universalia, & ad alias scientias unam, vel plures spectantia, confirmare, ac defendere illa ostentant, seu directe demonstrando solum arguendo, & ad impossibile proteruos, qui illa forte negarent deducendo: quod illa præstat adhibitis, vel exprese, vel tacite prædictis duobus viuenter substantiis, evidenterlimque principiis. Neque vero ad unum, aut alterum causa genii Metaphysica in suis demonstrationibus alligatur, sed per oia vagatur genera: licet non ciuitate rationis materiam, aut formam habeat cunis Physica, sed materiam quidem in ipsa vocatur quidquid per nostrum monum intelligendi cum fundamento in re, seu, quod proinde accipimus, formaliter, seu virtualiter habet rationem perfectibilis, seu determinabilis: forma vero quidquid, eodem proportionaliter modo habet rationem seipso perfecti, & determinati. Dividitur autem eadem Metaphysica secundum se quidem in tres partes superiori thesi indicatas: ut vero ab Ar. tradita est, a quibus dividitur in trias, i.e., quoniam quinq; priorib; libris ab aliis datus, & tractationem reliquis libris contenta pars, & haec ab appellant congrue institutiones, ad disciplinam qualibet capescenda, que traditio explicatio modum proprium procedendi illius disciplinae: sed eous, & melius ab aliis dividitur in progrimum, quod duob; prius capitib; libri primi, & tractatione, qua re iquo opere continetur, & in quatuordecim partes, ruxta quatuordecim libros, tribus postea decimustertius, & decimusquartus liber a quibusdam nomine date post decimam haud sine ratione collocari.

5:10 Ens quod Metaphysica subiectum esse diximus, nec de ente reali, & rationis, seu facto nec de substantia, & accidente, nec de Deo, & creaturis de pure aquino, nec viuente, sed analogie, & quidam analogia mita ex attributione, & proportione. Neq; tamen argumentum est nos parte

aliquo modo concipere ens abstrahendo ab omnibus eius differentijs. Verè enim ita sepe concipiuntur. Sed ens sic conceputus, seu quod idem est, huiusmodi conceputus obiectivus ens non est adaequatus (quomodo necessarij includit, omnes omnino differentias, & à Deo tantum distincte cognoscitur) sed inadaequatus, & identificatus quidem realiter cum alijs conceptibus obiectivis ens in identibus differentias ab iisdem tam distinctus formaliter, seu virtualiter, ut proportionatiter dicitur infra de alijs vniuersalibus, & consequenter terminatiuius vniuersaliter conceptus formalis, seu mentalis: quidam de conceptu obiectivo entis adaequato dici non potest, non ideo praedictus conceptus obiectivus ens inadaequatus dici potest vniuersus: id que non solum quia est inadaequatus, quod vniuoco repugnat, sed etiam quia secundum se predictus non aquilum primo ipsius omnibus, de quibus dicitur, cōuenit, sed prius enti reali, quia rationis, seu facti, prius substantia, quam accidenti, prius Deo, quam creaturis.

531. Idem ens abstrahens ab ente reali & rationis, seu facto non habet quidem passiones vias reales: habet tamen abstracte realibus, & rationis, seu factis. At ens reali habet passiones reales: sensrationis, seu factum passiones rationis, seu factus: illud quidem formaliter, seu virtualiter tantum a se distinctas: hoc vero nihil repugnat sibi habere etiam realiter a se distinctas. Sed ut has passiones in ente reali, a quo facile ad ens rationis, seu factum transferri proportione poterint, explicemus: ad duo illas reuocare genera possimus.

Alix enim sunt coniunctæ, seu complexæ, seu simplices, seu incompleæ. Passiones enim coniunctæ, seu complexæ dicuntur, que cum ente non contortuntur, nisi substitutione, ut independens, vel dependens, infinitum, vel finitum, &c. & haec licet propriam non tam passiones, quam divisiones sint eius: quatenus tamen sub distinctione consequuntur omnes ens sumptum realiter, seu ut est a parte rei, dicuntur etiam passiones, & tot sunt, quot sunt membra, que simul sumpta adaequate dividunt totum ens. Dixa has passiones sub distinctione consequentes omnes ens sumptum realiter, seu ut est a parte rei, quia, si sumptus rei est, est obiectivæ in intellectu, alia-ue potentia, praedictæ passiones neque sub-

divisione illud consequuntur. Et in hoc sensu tantum uerum est, quod aliqui dicit inter membra adaequata diuidentia totum ens, immo, & inter contradictionia dari medium, quatenus scilicet id, quod est obiectivæ in intellectu verbi gratia, potest obici, aut intelligi secundum aliquid, quod formaliter neque sit esse independentis, neque dependentis, neque esse infinitum, neque finitum, &c. immo neque esse independentis, neque non independentis, neque esse infinitum, neque non infinitum, &c. Passiones enim simplices, seu incompleæ dicuntur, que non sunt coniunctæ, seu compleæ, & consequenter non sub divisione, sed absolu te consequuntur omnes ens. Et huiusmodi sunt præcipue tres, Vnitas, Veritas, Bonitas.

Dixi præcipue, quia ad omne ens consequuntur plurimæ alii passiones formaliter, seu virtualiter, tantum ab illo distinctæ, partim absolute, ut sunt plurimæ rationes formales terminatiæ relationum; partim relatives, ut sunt aptitudines ad co-existentium alteri, ad essendum præsens alteri, ad essendum simile ita item analogiae alteri, & huiusmodi: sed præcipue sunt praedictæ tres eodem ordine, quo sunt enumeratae ens non realiter, aut a parte rei, sed formaliter, seu virtualiter consequentes, quarum, ut frequentior est usus, ita maior requiritur explicatio.

532. Sed prius paucis exponentum videtur, qua ratione dixerimus ens, tñ a suis differentijs, tñ a suis passionibus formaliter, seu virtualiter distinguiri. Id enim ita accipiemus est, ut ens praedictum nō sit ens adaequato sumptum hoc est includens quidam aliquo modo, sive materialiter, sive formaliter, sive implicitè, sive explicitè dicit rationis ens hoc est alius uerum tñ nihil, quo modo iuuptum, nec differentias, nec passiones vias habet, nec de villa profutus re predicari potest: sed ens inadaequato sumptum, hoc est, ut præcise dicat aliquid extra nihil, quo modo sumptu ens habet, tñ differentias, tñ passiones, ut diximus, & de qualibet re predicari potest.

Dicuntur autem in differentiis huiusmodi ens illæ, que huiusmodi ens diuidunt, & contradicunt, sive immediate, ut ratio substantia sumpta inadaequata, & præcisè pro differentia, secundum quam substantia differt ab omnibus alijs, & ratio accidentis sumpta item inadaequata, & præcisè pro

dif-

differentia secundum quam accidens differt ab opinib[us] alijs: sive mediata, vel ratio hominis, & ratio Leonis, vel ratio Petri, & ratio Pauli sumpt[us] item inadqua-
tæ, & præcisè pro differentia secundum quam unaquaque huiusmodi rationum ab omnibus alijs differt.

Passiones vero eiusdem entis. dieuntur, que illud consequantur, vbi cumque est, in quo præcipue distinguntur passiones a differentijs, quarum nulla conetur ens vbi cumque est, sed unaquaque inde terminata tantum entis specie reperiatur. Etenus igitur ratio entis dicitur distinguiri formaliter, seu virtualiter a suis differentijs, & passionibus, quatenus differentiatione & passione, licet specificatiæ, seu materialiter

& implicitæ sint ens, seu aliquid extra nihil reduplicatio et amē, seu formaliter, & explicitæ non sunt ens, seu aliquid extra nihil, hoc est non dicunt formaliter, & explicitæ hanc rationem, qua est esse aliquid extra nihil, sed aliam, verbis gratia, ratione per se subsistentis, rationem individuationis de qua infra, &c. quæ, vt sic non sunt formaliter, & explicitæ alia ratio, quæ est esse aliquid extra nihil.

Posunt autem illæ, quæ sub una ratione sunt passiones entis, quatenus illud, vbi cumque est, consequantur, ut diximus, sub alia esse differentia, quatenus aliqua ratione formaliter dividunt, & contrahunt ens. Sed iam prædictæ tres præcipue entis pas-
siones in particulari sunt explicanda.



PRÆCIPVÆ ENTIS
passiones in particulari, hoc est
Vnitas, Veritas, Bo-
nitas.

Cap. II.



533



*V*nitas, que prima est simplex entis pars, formaliter non est negatio divisionis, nec negatio divisionis, & ens in quo dicta negatio fundatur, seu cui additum sed est in se (additum alicuius, & diuisio a quocumque alio, sed haec additione non pertinet ad rationem unius formae litterae, sed ad rationem diuisi a quocumque alio) qua indiuisio licet a nobis per negationem divisionis explicetur, non est tam essentialiter negatio, nec involuit essentia litter negationem: sed est quid merè positivum, ad quod consequitur predicta negatio divisionis formaliter, seu virtualiter tantum ab ente, vel ens est, distincti: quod positivum est reale in unitate reali, rationis seu factum in unitate rationis, seu facta. Nihil autem aliud est hoc positivum, quam vel identitas, vel unio. Quare quidquid unum est, vel per identitatem, vel per va- nem formaliter unum est. Sed ut duplex est identitas, altera formalis, seu essentialis, qua sit unum essentialiter: altera materialis, seu realis, qua sit unum realiter: &

hec adhuc duplex est, altera maior per similitudinem eiusdem esse realiter individuabilis, cuiusmodi est in Deo, in Angelis, & Anima nostra; altera minor per continuatatem, sive permanentem, vt in ligno, aliis que rebus quantis permanentibus, sive sicut celsiis, vt in motu lucecenti, & tempore, ita duplex est unio, altera per se, qua sit vnitum, & compositum per se, hoc est consilium ex partibus constitutis ens vnum simpliciter in aliquo genere, cuiusmodi est compositum ex materia, & forma substantiali, metaphysice compositum ex genere, & differentia, moraliter re publica, artificialiter domus: altera per accidens, qua sit vnitum, & compositum per accidens, hoc est consilium ex partibus non constitutis ens vnum simpliciter in aliquo genere, sed tantum secundum quid, hoc est, vel secundum meram aggre-gationem, qua est vno omnium minima, vel secundum ordinem, qua est paulo mai-or: vel secundum conglutinationem, aut colligationem aliquam, qua est adhuc maior: vel secundum informationem accidentis scilicet informantis substantiam, qua est adhuc maior. Quæcumq; tamen sunt vnum p identitate recte omnia dicuntur esse vnum per se, qua tenus sunt vnum simpliciter in aliquo ge-nere.

Qn2

Quæ autem sunt vnum per vniōnem, alia sunt vnum per se, alia per accidens, per se illa, quæ sunt vnum per vniōnem per se, per accidens illa, quæ sunt vnum per vniōnem per accidens, de quibus supra : licet nonnulla possint sub vna ratione dici unū per se, sub alia vnum per accidens, ut dominus, exempli gratia, quæ artificialiter est vnum per se, physice est vnum per accidens.

Vitas autem transcendens, de qua hic agimus, sumpta in communi abstractis, ab eo, quod sit per identitatem, vel per vniōnem, per se, vel per accidens. An autem abstracta etiam ab vnitate numerali, & formalis, & vtramque sub se comprehendat, dubitan aliqui ; sed affirmandum est, id eoque vrae hoc loco explicanda.

334. Vnitas numeralis, seu individualis, dicitur, quæ formaliter res constitutur vna numero, seu individuali, & singulari: vnde dicitur etiam principium individualitionis, seu singularitatis. Quod non est formaliter collectio accidentium, quæ ad iunctam naturam communis illam ita determinant, vt de pluribus inferioribus dici nequeat, sicut per huiusmodi collectiōnēm a posteriori aliquando explicetur, ut apud Porphyriū cap. de specie, ubi Individualia dicuntur, inquit, huiusmodi, quoniam ex proprietatis consilio vnum inquidque eorum, quarum collectio nūquām in alio eadem erit: nec materia signata, siue sumatur cum quantitate a se distincta, fīcū potētia tantum ad huiusmodi quantitatēm, siue secundūm se abstractando ab omnī ordine, ad formam tam substantialem, quam accidentalem nec forma substantia ī: nec actualis existentia: nec hec cetera, seu differentia individualis, si per eam intelligatur aliiquid a parte rei distinctum a differentia specifica: sed est ipsa entitas cuiusque rei, quatenus est una numero, seu individualis numerica, ita scilicet, vt non possit dici de pluribus numero eiusdem rationis, sed de uno tantum: quā rationē ab entitate rei formaliter, seu virtualiter tantum distinctam nihil vera appellari haec ceteram, & differentiam individualē, modo differentiam individualis sumatur, non vt pri mō differe faciat individualium, in quo est ab omnibus aliis, quæ ratio valde differt a ratione vnitatis numericae, seu individualis, sed vt primō constituit individualium,

vt individualium non solum autem dicitur vnum numero individualium, quod in plura individualia eiusdem rationis dividii non potest, sed etiam vna numero species, quæ in plures species, & vnum numero genus, quod in plura genera eiusdem item rationis non est divisibile. Hæc de unitate numerica, seu de principio individualitionis, quod in quo nam formaliter, situm sit Aristoteles, nūquam tradere videtur, licet ſepius doceat multiplicationem individualium solo numero differentium oriri ex materia, quæ doctrina supponit non posse dari plura individualia saltem completa numero tantum distincta, nisi in rebus materialibus: quod tamen neque ab Aristotele probatum est, neque ab aliis probari potest.

335. Vnitas formalis, seu essentialis dicitur, quæ vnaquaque res constitutur vna formaliter, seu essentialiter, hoc est vnius forma metaphysica cōpleta, seu vnius essentialis: & ad aquatē sumpta in Deo includit etiam vnitatem numericam naturam, in creaturis non includit, non tam in creaturis ab vnitate numerica distinguitur a parte rei, sed formaliter, seu virtualiter tantum.

Duplex autem est vna, quæ aliquid dicitur in se vnum formaliter, seu essentialiter & tam multiplex est, quam multa sunt in diuidua, quorū vnumquodque non solum est vnum numero, seu individualiter per vnitatem numericaem, seu individualē, sed etiam vnum formaliter, seu essentialiter per vnitatem formalem, seu essentialē, hoc est consequentem ipsorum essentialiam, quæ sicut spectata, vt essentia formaliter, & præcisè, nec est essentia numerica, nec specifica, nec generica, sed tantum essentia ita spectata, vt vna za vnitate, quæ ad illam ut essentia est, consequitur, formaliter, & præcisè, nec est una vnitate numerica nec specifica, nec generica, sed vnitate, quæ dicitur formalis, seu essentialis, hoc est consequens essentiam, vt essentiam altera, quæ aliquid dicitur vnum formaliter, seu essentialiter commune multis, & hæc est unitas vniuersalis, quæ diuiditur in specificam & genericam &c, si diuidatur, vt ab aliquibus sumitur, pro vnitate reali simpliciter sic dicta, hoc est excludente realem diuisionem plurium naturarum inter se similiū in specie, vel in genere, non datur in creaturis nisi obiectivū in intellectu.

Av., & conſequenter eſt eius rationis. Dixi in creatis, quia in Deo datur natura una vnitate reali ſimpliſter ſic dicta communis tribus diuitiis peritius, de qua Theologis vero ſumatur, ut ſumenda eſt pro vniitate aquivalente, ſeu virtuall, ſeu quod idem eſt, fundamentali, qua plures naturae realiter inter ſe diuitiae, ſed ſimiles in ſpecie, vel in genere dicuntur vna, quatenus ſecundum id, ſecundum quod ſimiles ſunt, ſpecificatio ſumptat, ſunt terminatae vniuersalitatis, ſeu mentalis concep- tio, perinde ac ſi eſſent vna vnitate reali ſimpliſter ſic dicta, hoc eſt excludente realem diuifionem pluriū naturarum in ter ſimilitudinē in ſpecie, vel in genere; ſed quod idem eſt, ſunt fundamentum, cur a nobis vno conceptu concepi posſint, perinde ac ſi eſſent vna, ut diuitia eſt, datur à parte rei: & ſic refutat diuina communis ſpecifica, vel genericā, hoc eſt ſimilis fal- tem in actu primo in pluribus numero tan- tū, vel etiam ſpecie diuifentibus, ut na- turae huminis, vel animalis, eſſe a parte rei vna non ſimpliſter, ſed cum addito diuini- nitate, hoc eſt una ſpecie, vel genere, quod eſt eſte vnu m vnitate aquivalente, ſeu vir- tuali, ſeu fundamentali iam explicata, de qua loquitur Aristoteles, Met. t. 1. vbi docet quodam eſte unum, quorum ratio una eſt talia autem, quorum intellectio una. Sed de hac vnitate formalis, ſeu eſſentiali ei numeri pleribus, ſeu uniuersali iterum redibit ferme infra, ubi de vniuersalibus, hic de diuinfione, & multitudine, qua v- nū at iporuntur, agendum jam eſt.

536. Diuinfilio in vniuersalitatis formalis- ter eſt negatio unitatis inter aliquę duo, non autem relatio, licet ſepe adnodiūm re- latiōnis ſincipiat, & tam multiplicitate diuini potest, quam ratiſpliciter diuidi- tur vniuersitas.

Plerunque tamen reſtringitur ad eam, qua eſt negatio identitatis inter aliquę duo. Et hec collocabitur, nec nū alia diuinfilio eſt diuinfilio in realem, & rationis.

Diuinfilio realis, ſey actualis, ſeu a parte rei ſimpliſter ſic dicta, eſt negatio identi- tatis, realis, inter aliquę duo, quorum vnu, eque realiter, ſeu materialiter, & identi- ſe ſumptum eſt actu, ſeu a parte rei alterū, & hoc latitudine ſunt pta diuidiſt in poſiti- nē, id eſt veritatem in re entia poſitiva, & negativa, vel totaliter, id eſt veritatem in re entia tantum negativa, ſeu nō entia,

vel partialiter, id eſt veritatem in re entia, & nō entia: reſtricta vero ad entia poſitiva, diuidi potest in eam, qua eſt inter ſuppoſi- tum, & ſuppoſitum, ſeu, ut multi loquun- tar, inter rem, & rem, & dicunt maxi ma- & eam, qua non eſt inter ſuppoſita, ſed uel inter partes, aut etiam acciden- diuero- rum ſuppoſitorum, vel inter materiam, pri- mam, & formam ſubtantiam eiuſdem ſuppoſiti, & in re ſubstantiam, & acciden- phyci- um, vel inter acciden- diuſdem ſuppoſiti, &c, quae ſunt auctores, inter ſe ta- men adhuc inæquaes.

537. Diuinfilio rationis apud Aristotelem ſuntur pro diuinfilio reali in- ter eſſentialia quoſenſu. Pnyx. t. 1. do- cet album, & musicum re idem eſt, ratio- ne diuinfili. Ut vero communiter ſuntur duplex eſt, altera, qua dicitur rationis ra- tiocinantis, altera, qua dicitur rationis ra- tio. inata.

Diuinfilio rationis ratiocinantis dicitur qua potentia, eſt a ratio, ſeū intellectu cognoscente, & in diuinfilio, qua nō ſunt diuinfilia, ſed vnu quid, quod conti- git non ſolum in propositionibus omnino identicis, ut cum dicimus, homo eſt homo in quibus unum, & idem bis apprehendens, eque noſcimus, ut duo, ſed quotiescumq; concepimus diuinfilio aliquid, uoi- non eſt.

Dicitur autem in hęc diuinfilio rationis ra- tiocinantis, quia tota eſt a ratio, ſeū co- ceptibus rationis, ſine, vel fundamento in re, quoniam brevis dicitur etiam diuinfilio ra- tionis ſu fundamento in re. Diuinfilio ra- tionis ratio inata, qua autonomatice di- diuinfilio rationis, tripliſter ſumitur: pri- mo pro ea, qua potentia, vel actu eſt a ratio, ſeū intellectu cum fundamento in re, hoc eſt pro diuinfilio conceptibus, qui a ratio formari poſſunt, vel formari ut cir- ca aliiquid realiter unum, & idem, aquila tenera tamen ſeu vniueraliter multiplex: quod ſecundum unam rationem, ſecundum quam aquila vni numero, vel ſpecie di- uero eſt terminatuum, unius numero, vel ſpecie diuersi conceptus, ſecundum al- liam, ſecundum quam aquila alteri nu- mero, vel ſpecie diuero, eſt terminatuum alterius conceptus numero, vel ſpecie di- uersitatis, ut haec diuinfilio non ſit in re, ſed in conceptibus rationis, ſeū intellectus in- adaequatus rei potentia, vel actui conceptibus, cum fundamento tamen iam expli-

eato in re. & sic est distinctio realis Secundo pro obiecto huius distinctionis, quam potentia, vel actu fieri diximus a ratione, hoc est pro rationibus obiectivis realiter inter se identificatis, distincte tamen conceptibilibus, vel conceptis a ratione, seu distincte terminatuis, vel terminantibus predictis conceptis rationis: & hoc modo distinctio rationis ratiocinatae dicitur etiam sual mentalis, formalis, essentialis, & aquivalens seu virtualis, licet enim hinc nominata sit, diversa ratione illi conuenient, omnia tantum unam, eandemque distinctionem significant: quia dicitur rationis ratiocinata, quatenus est obiectum rationis, distinctio conceptus inadiquatus circa unum, & idem potentia, vel actu formantis ex causa ab ipso, obiecto potentiae, & iam explicata: dicitur fundamentalis, & quatenus est fundatum in uno, modo explicato, & ceterum conceptuum distinctorum, & in adiunctorum, dicitur formalis, tum quia est terminativa, vel terminans predictos conceptus formales, seu mentales, tum quia est inter rationes obiectivas, que dicuntur formales, non solum extrinseca, & quatenus possunt terminari, vel terminari predictos conceptus formales, seu mentalis, sed etiam intrinsecas, quatenus re peccati rei realiter, seu materialiter sum per equivalentes, seu virtualiter habent se per modum perficiens, actualitatis, & determinantis, atque adeo per modum forma, unde etiam dicuntur forma non physica, sed metaphysica, hoc est non realiter, sed virtualiter tantum distincte ab eo, cuius dicuntur formae: dicitur essentialis, quia est inter rationes obiectivas essentialiles illius, cuius sunt rationes obiectivas: dicitur denique aquivalens, seu virtualis, quia licet non sit distinctio realis, seu actualis, seu a parte rei simpliciter sic dicta illam tamen aliquo modo aquivalens, quatenus est virtute, quod illa est actu, ut abstrahendo plerunque a ratione, seu intellectu potentia, vel actu conceiente distinctis, inadiquatissime (qua eius imperfectione est) conceptibus, quod in re unum, atque idem est. Dixi plerunque, non autem tempore, quia quedam sunt distinctiones virtuales, que non conuenient rebus, nisi in potentia, vel actu terminante conceptus intellectus.

Tertio pro distinctione formalis, seu essentialis, hoc est pro negatione unitatis, q

ratio, seu intellectus, potentia, vel actu, non scilicet inter rationes formales, seu essentiales, abstrahendo tamen ab eo, quod predictae rationes sunt est realiter inter se distinctae, ut sunt ratio, seu essentia hominis, & leonis, vel non sunt realiter, sed virtualiter tamen inter se distinctae, ut sunt ratio, & essentia rationalis, & animalis in eodem homine. Quia tertia distinctionis rationis ratiocinatae, seu multi breuius loquuntur, distinctionis rationis acceptio necessariò admittenda est, ut celebris, quam dixi, divisione distinctionis in reali, & rationi sit adequata

538 Conoidius nihilominus, & minori cuius uocationis periculus ut distinctio in eo dñi, di posse in ueram, vel simpliciter, vel secundum qd, & tñctâ Vera simpliciter est, ut realis, ita explicata, ut illa formalis, seu essentialis, quia est inter entia realiter distincta, & dici potest formalis, seu essentialis realis. Vera sed in quid, seu cum addito est illa formalis, seu essentialis, q est inter rationes formales, seu essentialles, minus, eiudèg; realiter enīs, ut inter rationales, & animalia, & unius, eiudèg; realiter hoīs: q est distinctio rationis ratiocinatae sumpta secundo modo supra explicata, & ad aequationem uiranda, dici potest formalis, seu esseentialis virtualis, quia licet plerunque sit independenter a nostro intellectu, ut de illis est non dñ tñ uera distinctio, seu distinctio similitudinis, sed tñ secundum quid, seu cum addito nempe formalis, seu essentialis, & ad aequationem uiranda, virtualis, q noīt ut ea distinctionis, & distinctionis simpliciter, & hinc addito intelligitur distinctio realis, aut er formalis, seu essentialis qd, sed q est inter entia distincta realiter. Ficta uero est, quia a potestate aliqua cognoscere, sed precipue ab intellectu fingitur, seu percipitur, ac si esset, cū nō sit. Et hæc est, quia dñ distinctionis rationis ratiocinantis, de qua supra. Atq; ex his constat non oīa, quia distinguuntur realiter distincti er formaliter, seu essentialiter, nec è contrario; sed quædam distincti realiter tamen quædam formaliter, seu essentialiter tantum, quædam, & realiter, & formaliter, seu essentialiter simul.

539 Nec inter ueras distinctiones alia duratur minor realis, & maior formalis, seu essentialis supra explicata. Quo circā, nec distinctionis, q à quibulda dñ formalis ex natura rei, siue ita explicetur, ut sit illa, que est inter duo habeant diuersam essentialiam, sed tandem existuntiam, siue ita, ut sit illa, que

est inter duo formaliter, ſive essentialiter diuersa, quorum unum, neque realiter, ſeu materialiter, & identice ſumptum eft alterum, ambo tamen a ſe invicem dependet, & conſequenter, nec per abſolutam Dei potentiam ab invicem separari, aut vnum fine altero effe poſſunt; nec diſtinctio, quæ a iſdem, & alijs dicitur modalis, & deſinuit illa, quæ eft inter modum, & re, cum ſit modus, intelligend⁹ per modum aliquid poſitum reale, quod neque realiter, ſeu materialiter, & identice ſump̄ta ſit idem cum re, cuius dicitur eſſe modus, ab illa tamen essentialiter dep̄det: & eo conſequenter, neque per abſolutam Dei potentiā poſſit eſſe fine illa, ſive dicatur habeat diuersam eſſentiam, ſed eadem eſſentiam cum re, cuius eſſe modus, vi quidam dicunt, ſive dicatur habere non ſit ſum eſſentiam, ſed etiam eſſentiam in diuerſitate, cuius eft modus, alij volunt, eft admiſſenda: non ſolū quia neutrā ſic expli- cata in rerum natura datur, ſed etiā quia neutrā dari potest: conſequenter nec da- tur, aut dari potest: conſequenter nec da- tur, aut dari potest modus ſic explica- tūs.

Dicitur
duo iſdem

540 Signum diſtinctionis formalis, ſeu eſſentialis rerum habens in ſe optimum ex diuerſitate conceptuum & hinc locum: quæ in nulla enī nō eft, nulla potest eſ- ſe diſtinctionis ſiſi ſci, ſeu rationis ratiocina- ntias.

Signum vero diſtinctionis realis, in ijs, quæ ſpecie diſſerunt, eft realis separatio quoad eſſentiam ſalem poſſibilis, ideſt, ſi verum quoad realitatem, ſe utitate in ſuam poſſit per aliquam ſalem potentiā, deſinere, reuertente altero in ijs vero, qua in eſſentia ſpeciei, non ſemper ſufficit realis separatio prædicta, poſſibilis, ſed in- terdum requiriatur actualis. In viuierum ramen, tam in ijs, quæ ſpecie diſſerunt, quā in ijs, quæ lumen in eadem ſi eſſet, vbi eft rea- lis vno diſtingua a continuatōe, (qua li- cet interdum dicatur vnu, magiſtan- en proprie dicitur idem ita, ſed minor, nam quæ eft per ſimplicitatem natura realiter individualis, vi ſupra diximus,) ibi eft diſtinctionis realis oportita idem ita realiter mo autem hic eft in ijs, quæ ad aquatē, & complētē inerit ſe realiter diſtinguantur, nou in ijs, quæ inadaquatē, & incongruitate, ut pars, & totum, ſeu ut inſuſum, & inſcludens. Ut aliud realis diſtinctionis ſignum a quibusdam aſteriori ratio produ-

centis, & productiſtideſt, ſi vnum ſe habeat per modum producētis, alteruni per modum producti, ſed hoc etiam acceptum de producētis, & producēto efficienter in ijs, quæ dum producunt, continuant ſibi effe- ctum, non eft verum ſimpliſtiter, ſed tantum ſecundum quid, quatenus re, quæ ita pro- ducunt, ut continuetur cum cauſa, prius natura intelligitur eſſe ſecundum ſe, qua continuatur cum cauſa, atque adeo prius natura non continuata, quam continuata. Itaque non ſolum uniuerialius, ſed etiam melius diſtinctionis realis ſignum eft ſu- pr'allatum.

Signum autem diſtinctionis, ſeu i- dentitatis realis, quam formaliſt tollit diſtinctionis realis, eft negatio ſigni ſupra al- lati diſtinctionis realis, que negatio, & eo conſequenter diſtinctionis, ſeu identitatis realis, licet non ſemper a nobis cognosci poſſit, ſe- peratamen poſteſt, ſi propterea rationis, formaliſt, ſeu eſſentialium, de quib⁹ am- biguius, an hinc idem realiter, naturam di- ligenter conſideremus, & absurdia que ex reali earum inter diſtinctionis ſequen- tur, perpendamus, ut accidit in paſſionibus entis, in attributis Dei, & ca- tera.

541 Cum diſtinctione confunduntur aliando diuifio, & separatio propriamen, & preſed diuifib⁹, & separatio forma- liter dicunt diſtinctionem, ſeu negationem inter ea, qua ocul ſuntur quid vnum per continuationem, vel per unionem: & pra- ter hanc diſtinctionem, ſeparatio interdum addit etiam diſtantiam, ut temporealem, vel localem inter extreme. Interdum ramen, tam diuifio, & separatio, quam diſtin- cione, dicunt negationem unitatis inter ea, qua nunquam fuerint quid vnum. Interdum etia ſuntur actiue, ut qua- diſtinzione pio actione, vel actionis caſatione ad quam conſequitur diuifio, aut separa- tio, aut diſtinctione. Interdum denique paſſiue per paſſionem, ad quam in re conſequi- tur diuifio, aut separatio, aut diſtinctione. Si- cicut autem per diſtinctionem, ſeu diuifionem, qui conſtituuntur unitas, ſeu unū in eſſe unius, tollunt conſequenter multitudine: ita per diſtinctionem, ſeu diuifionem, quæ eft negatio unitatis, penitit conſequenter multitudine. Et ſecundum te quidē prius eft unitas, quam multitudine: nobis tamen notior eft nultitudo, quam uni- tas.

Quod

Dicitur
duo iſdem

7
Matiuſe
10.

Quod si quæras, quomodo unitas multitudini, seu unum multis opponatur, respóderet distinguendo. quadrupliciter enim unum, & multa comparari possunt. Primum, ut multa sunt aliquo modo unum quid, hoc est una multitudo, (quomodo) sumitur multitudo, cum ponitur, ut membrum diuidens eas in illa diuisione, qua ens diuiditur in unum, & multa) & sic unum, & multa opponuntur solum, ut duo disparata. Secundum, ut multa sunt plura una, seu multitudo confusa ex pluribus unitatibus: & sic unum, & multa opponuntur, ut pars, & totum, qua oppositio an, & quomodo fit, an non sit relatio realis, aut rationis, ex dicendis infra de relatione intelligetur. Tertio, ut unum dicit indiuisionem in se idest identitatem, vel unionem modo dicto, multa vero dicunt diuisionem idest negationem identitatis, vel unionis: & sic opponuntur, vel contradictorie, si illa multa non sint capacia identitatis, & unionis, cuius habent negationem, vel priuationem, si illa multa sint capacia identitatis, vel unionis, cuius habent negationem.

In quo seculi Aristoteles 4. Mete. text. 4. & 10. Meteor. text. 9. docet unum opponi multitudini priuatione, licet enim posteriore loco dicat opponi contrarie, sumit tamen contrarietatem latè pro contrarietate, seu oppositione priuatione, ut aibi sapit.

Quarto, ut unum habet rationem mensuræ, multitudo vero mensuratur: & sic unum, & multa opponuntur relatives, qua autem relatione ex dicendis infra de relatione colligi poterit.

542. Vnum per se, & unum per accidēs quid fint pater ex supradictis, sed quia unum in communi diximus idem esse, quod indiuisionem, indiuisione autem nihil aliud esse, quam identitatem, vel unionem, & de unioni satr alibi diximus, de identitate, qua constituitur idem, & consequenter de diuersitate, qua constituitur diuersum, quod eidem opponitur aliquid dicendum super est.

Identitas igitur alia est formalis, seu essentialis, alia materialis seu realis, ut superdictum est. Et hæc interdum sumitur præfere pro si implicitate naturæ omnino indiuisibilis reali diuisione, qua est maxima identitas, vel pro continuitate, qua est minor: interdum latè pro quacunque unitate, sive fit per identitatem præfere dictam iam explicatam, sive per unionem.

Et eodem modo interdum presé, interdum latè sumitur idem, præfere enim idem dicitur, quod nel simplex omnino indiuisibile reali diuisione, vel continuum est, latè qd unum est, & utroque modo aliquid dicitur idem, interdum absolute, interdum relativè ad se, vel ad alterum, cum dicitur idem sibi, vel alteri, ciuidem tamen ad se non potest esse relatio realis, sed tantum rationis: ad alterum autem potest esse realis, si alte ruin sit realiter distinctum, rationis tantum, si non sit realiter distinctum.

Et quamvis idem, cum latè sumitur pro uno, tot modis dicitur, quot dicitur unum: tam tamen aliqua ratio formalis dicitur, non formaliter, sed identice esse altera, particula (identice) sumitur pro reali-ter, seu entitatib, & materialiter.

Diverguntas etiam, & diuersum interdum latè, interdum præse sumitur: latè idem est diuersitas, quod differentia, & diuersum quod differens: præfere vero distinguitur, & aliud est diuersum esse, aliud differre ex Arist. 10. Meteor. text. 12. differre enim præfere dicuntur, quæ habent aliquid commune, in quo conuenient, & aliquid proprium, in quo non conuenient: diuersum eterò esse, quæ se totis, seu ad æquatè sumpta, ut talia sunt, in nullo conuenient. Aique ex his facile est intelligere, quoniammodo omne est fit, vel idem, vel diuersum, sed quod idem est, fit vel idem, vel aliud, ut docet Arist. 10. Met. text. 12. & quoniamdiuersū, & aliud dicat, vel non dicat relationem realeam, vel rationis.

543. Veritas, qua secunda est simplex entis pacis, non consistit formaliter in inconformitate rei secundum esse reale ad seipsum secundum esse apprehensum, vel cognitum, nec in denominatione extrinseca a veritate, qua est in intellectu, fia diuino, fia creato, etiam si veritas, qua est est entis pacis, seu transcendens restringatur ad veritatem trancendentem rerum creatarum, nec in conformitate rerum cum ipsarum ideis in intellectu divino existentib. aut omnino cum intellectu divino, aut creato, nec in eo, quod res non sicut, nec a parente, sed a parte rei habeat omnia ea, qua ad ipsius esse præfertim essentialia requiruntur: sed in cognoscibilitate rei, seu in aptitudine proxima, qua res apta est terminare cognitionem rerum, idest rei conformem, ut infra, qua aptitudo non est re-

8
Præse
fit, & un
per acci-
dens.

9
Identitas
& diuersi-
tas idem
& diuersi-
tus

10
Veritas.

latio vlla realis, aut rationis: sed est ipsa res sine absoluta, sive respectiva, ut formaliter est terminativa cognitionis vera, seu obiecto conformis; & consequenter non distinguatur ab ente, nisi formaliter, seu virtualiter, ut proportionatiter diximus de unitate. A qua sententia non videatur distinxisse alia, quae praedictam veritatem asserta formaliter consistere in entitate rei, connotando cognitionem, seu conceptum intellectus, cui talis entitas conformatur, vel in quo taliter representatur, vel repräsentari potest, prout est: lices non adeo clare rem explicet, & si ita intelligatur, ut praedicta veritas consistat formaliter in entitate rei, ut conformi cognitioni seu conceptui, quo representatur, ut est, coincidat cum alia supra rejecta sententia, & falsa sit.

944 Cum autem veritas, & verum, sit in essendo, tum in cognoscendo, tum in significando reperiri possit; Veritas transcendentia, qua de hacce locutus sumus, dicitur veritas in essendo. Veritas autem in cognoscendo nihil aliud formaliter est, quam conformata cognitioni cum re cognita: & atque haec est, quia a multis dicitur veritas complexa: nec solum in compositione, & diuisione, seu quod idem est, in secunda intellectus operatione, sed etiam in tertia, hoc est in consequentiâ, seu illatione, & quidem non minus vere, & proprie, quam in secunda reperiuntur, minus tamen latè patet veritas complexa, quam veritas in cognoscendo, quae etiam in prima intellectus operatione, hoc est in simplici apprehensione, immo proportione quadam etiam in sensu reperi potest. Sed quicunque tam sit veritas in cognoscendo, sive complexa, sive simplex, sive intellectiva, sive sensitiva, dupliciter dici potest: cognitione esse vera, seu obiecto conformis, nempe vere, vel apparenter: ita, ut cum veritas transcendentalis dicitur consistere in ratione terminativa cognitionis vera, seu obiecto conformis, si veritas transcendentalis sumatur amplissime, ut dicitur de vera, & apparente, seu facta, etiam cognitione vera sumenda sit amplissime, ut dicitur de vere ac simpliciter vera, & de apparenter, seu facta vera, & qualis est cognitione, qua, cognoscitur ens hicsum, perinde, ac si esset verum.

Veritas denique in significando nihil aliud formaliter est, quam conformitas si-

gni formaliter sumpti cum re significata: quae comprehendet sub se etiam veritatem in cognoscendo, si nomine signi intelligatur etiam cognitionis; non comprehendet si nomine signi intelligatur tantum signum a cognitione distinctum. Ad eandem veritatem in significando reduci potest etiam veritas in imitando, quae a quibusdam dicitur veritas practica, quia ideatum idea imitatur, eamque tamquam quoddam eius signum, significat.

945 Ac veritati quidecum positiua reali in cognoscendo, & significando respondet opposita falsitas positiua realis in cognoscendo, & significando, id est positiua realis disformitas cognitionis cum re cognita, & signum cum re significata, quae minus enim in simplici apprehensione, etiam si circa ens factum versetur representans for maliter apprehendenti ens hincum, ac proinde vere non ens, non secus, ac si esset vere ens, nos sit positiua realis falsitas complexa, quae propriæ, ac pressæ, atque adeo simpliciter dicitur falsitas, deceptio, & error, quo quis sibi persuaderet esse, quod non est, vel non esse, quod est: et tamen positiua realis falsitas simplex, seu disformitas apprehensionis cum obiecto apprehenso, qua apprehenditur, ac si esset, vere ens, quod non est vere ens, quae falsitas hec facilius sic dicta, & secundum quid, seu cum addito, id est simplex, est comparata, sicut disformis, non autem disparata, ut quidam aiunt, habitudine apprehensionis ad obiectum apprehensum.

At veritati positiua reali in essendo, ut distinguatur a cognoscendo, & significando, aut etiam imitando, nulla responderet falsitas positiua realis in essendo, neque in rebus naturalibus, neque in artificialib neq; in moralibus, neque in aliis. Et in his sensu recte dicitur falsitas non esse in rebus seu a parte rei, sed obiectiu ratione in intellectu, aliena potentia cognoscente: seu quod idem est, non esse in encibus positiuis realibus, seu veris, sed tantum in factis ad aliquid quae potentia cognoscente: quae quatenus obiectuuntur, ut vere entia, cum non sint vere entia, dicuntur, & sunt obiectus falsa falsitate, quae nihil aliud est, quam ratio terminativa cognitionis falsa, vel prie, & pressæ, atque adeo simpliciter sic dicta, si sit cognitione complexa, vel latus, & secundum quid, seu cum addito sic dicta, si sit cognitione simplex.

22
Palatini

Bonitas, quater tamen est simplex en-
tis, si non confitit formaliter, ut perfec-
tio non ponet, ut sit enim cum a zero inde in
ut perfectorum, sed in se, scilicet su-
mum terminatum, sive in parte, ex qua al-
ternatur in appetibiliitate, sive in ipsa
sive absoleta, sive respectiva, ut forma-
litas est terminativa appetitus, dicimus sal-
tem rationalis, ut est principium actualis
protectionis, & consequenter non distin-
guitur ab ente, nisi formaliter, seu virtuali-
ter, & proportionaliter diximus de ratione,
& veritate. Dixa saltus rationalis, hoc
est voluntatis, quia alij appetitus non pos-
sunt ferri in quodlibet bonum transcen-
dens, voluntas autem potest in quodlibet:
ita ut obiectum formale adequatum vo-
luntatis, quatenus voluntaria est, sic bonum,
ut bonum bonitatem transcendentali sum-
ptum suppositione absoluta, ut alibi dixi-
mus.

Neque tamen nego in quolibet bono in-
esse rationem conuenientis respectu aliqui-
us, id quoque sapere sumi bonum pro conve-
nienti, & e contrario interdum etiam con-
fundi bonum cum perfecto, hoc est huben-
te onus, que ad suum esse requiruntur:
sed ait rationem boni transcendentis
non considerare formajiter in ratione conve-
nientis, aut perfecti, sed in ratione termina-
tui appetitus dixi: ita, ut bonum, ut bo-
num formaliter sit terminatum aum appetitu-
sive terminatum appetitus, seu quod id
est obiectum formale appetitus, sumptu-
sempor appetitus, ut dixi: licet materialiter
sit semper conueniens aliqui, seu rela-
tivum ad aliquid, ut conueniens illis.
Dixi, seu relativum, &c. quia conueniens,
ut conueniens est quid relatum ad aliud,
nisi forte hoc vocabulum extendatur etiam
ad hoc, quod est esse conueniens per modum
obiecti, seu termini alterius, quod ad ipsam
referatur, non quomodocunque, sed per
modum appetitus sumptu, ut dictum est:
quo sensu idem formaliter est termina-
tum appetitus sumptu, ut dictum est, &
conueniens appetitus sumptu non, ut di-
ctum est, & consequenter non posset cum
iis, qui rationem formalem bonitatis per ra-
tionem formaliter conuenientia reportant, alia
est, quam dominum conuenientia, in qua
non est operae premium immorari. Solum
addo prout terminatum appetitus sum-
ptu, ut dictum est, ens verum, vel apparetas
erit, ita bonum verum, vel apparetas fore:

& consequenter, si quis assigndi sibi poslu-
jet ea, ut one in boni transiectus latitudine
sumptu, ut non solum de bono vero, sed et
de apparente dictur, assigndam illi es-
se rationem terminati appetitus sum-
ptu, ut dictum est, complectendam sub fe-
re non solum terminatum appetitus sum-
ptu, ut dictum est, quod est ens verum, sed
etiam illud, quod estens apparetus, seu si-
cillum.

547 Benitatis malitia, & bono malum,
sed non tamen cuiuslibet boni quodlibet ma-
lum opponitur. Itaque triplex dicitur agen-
dum, & malum primum, & gatuum, quod
est pura negatio boni, quoniam opusrum
nihil dicitur quoddam malum. Secundum
privatum, quod est privatio boni, quan-
modo exigitur dicitur malum illi, in quo
est tertium positivum, quod est aliquid po-
situm contrarium, vel repugnans, & uno
verbo disconveniens alteri, quoniam ca-
tor febris dicitur malus animali. Sed pri-
mum latissime, & improrissimè dicitur
malum: secundum, & tertium non in omni-
bus entibus est, aut esse potest. De bonitate
& malitia morali, & consequenter de disti-
tione illa boni in utile, delectabile, & eu-
ueniens nature, & honestam, & maiorem in-
bra opposita hic non agimus. Quacumque
hac de ente in communione, cuiusque passio-
nis dicta sunt. Aliquas iam praedictas, & us
species seu membra diuidemus, & novi-
cios ostendemus, & intentias, nuntiant, &
creaturas, causas, & causatas, & in factum
equiuocum, & analogum, & inveni-
le, & particulare, & predicamen-
ta, & non praedicamenta-
le, & rationis, seu
sicut, & ceterus,
quatenus ad

Metaphysicam pertinent,
hoc est quatenus
ad ens illud,
quod
Metaphysicam inveniunt est, ex-
pliendam conseruant,
prosequuntur.

118
Metaphysica

ENS, ESSEN T I A E,
 & exiſtentiae, increatum, &
 creatum, cauſans,
 & cauſa-
 tum.

Cap. III.



148



Et si diuinitas en-
 tis in ens ef-
 fentia, & ens
 exiſtentia, ſeu
 in effentiam,
 & exiſtentia
 ſuo modo lo-
 cum habeat
 etiam in en-
 te rationis :
 hic tamē in
 ente tantum reali explicabitur, a quo ad
 ens rationis proportionaliter tranſerri fa-
 cile poterit.

Ens igitur effentia dicitur ens ſumptu
 nominaliter, hoc eft habens effentiam, ens
 vero exiſtentia dicitur ens ſumptum part
 cipialiter, hoc eft habens exiſtentiam, qui
 bus duabus enim rationibus datur ratio co
 munis entis abſtrahens ab effentia, & exi
 ſentia, non tamē in iuocā, nec purē equi
 uocā, ſed analogā, ut diuimus de ratione
 entis communimenti reali, & rationis, ſeu fi
 cto, ſubſtantia, & accidenti, Deo, & crea
 tori.

Dicitur autem effentia cuiusque rei id,
 quo primo res intrinſece conſtituerat illa,
 qua eft, ſeu eft formale rei, ſed aliquando

fumitur adzequatē, ut includit omne pe
 nus rei, & differentiam, qua primō res dif
 fert ab omnibus alijs: aliquando inadsequa
 tē, vt includit unum, aut plura, aut etiā
 omnia genera, ſed non differentiam
 pradiſtam, vel differentiam tantum pradiſta
 m, vel unum, aut plura genera, ſed
 non omnia, & differentiam pradiſtam.

Exiſtentia verò dicitur id, quo formaliter
 res eft actu a parte rei, ſeu eft actua rei,
 & in ijs, qua habent cauſas, hoc eft in crea
 turis rei etiam dicitur eft id, quo for
 maliter res eft actu extra suas cauſas.

Atque in Deo quidem iure Philoſophi,
 Theologique conueniant effentiam, & exi
 ſentiam non niſi formaliter, ſeu virtualiter,
 vt includens ab incluſio diſtingui, ita
 vt exiſtentia ſit de effentia Dei adquate
 ſumptu in creaturis autem alii a littera eſte
 iam, & exiſtentiam diſtingui volunt: ſed
 omnino diſcendum eft non diſtingui reali
 ter, aut modaliter, aut diſtinctiōne villa
 aequali, ſeu a parte rei ſimpliſter ſic diſta,
 ſed formaliter, ſeu virtualiter tantam.

Vnde recte inferas obiectum in intellectu
 noſtro poſte actu eft effentia in creaturis
 ſine exiſtentia, & ē contraria, a parte rei
 tamē non poſſe actu eft effentia ſine

Agens
 Causa
 tis.

ex i-

existencia, nec est contrario: & consequenter falsam eorum sententiam esse, qui rerum creatarum essentias ab aeterno, antequam a Deo producerentur, in seipso fuisse dixerunt: in seipso in quaam, in Deo enim, tanquam in causa efficiente, ideali, & finali, non est dubium quin fuerint. Verum eas his modis in Deo fuisse, non est ipsa simpliciter ab aeterno fuisse, sed est ab aeterno fuisse ipsarum causam efficientem idealē, & finalē.

Recte nihilominus quadam de rebus etiam creatis propositiones dicuntur esse aeterna veritatis, illa felicit, in quibus subiecti cum predicato conexio, ita necessaria est, ut etiam ab aeterno verum fuerit dicere tali subiecto, verbi gratia, homine in quaunque differentia temporis posito, necessario illi in eadem differentia temporis connexum esse tale praedicatum, verbi gratia, rationale, siue id a Deo, qui de facto solus ab aeterno fuit, siue a creature, que ab aeterno creata fuisse, dicereatur:

549 Ex his oritur quæstio, quæ licet de nomine videatur, ita tamen etiam intellectu potest, ut sit de: nimirum, an essentia creature, priusquam existat, dicenda sit nihil, an aliquid esse. Cuius refendendum ad maiorem claritatem videtur distinguendo, tam enim aliquid, quam nihil, illi oppositum dupliciter sumuntur, vel principalius, & simpliciter, vel minus principalius, & secundum quid, seu cum addito diminuente. Aliquid, seu ens, & esse principalius, & simpliciter dicitur totum id, quod est acta existens, seu præsens: & sic certum est essentiam creature, priusquam existat, non esse aliquid, sed nihil, seu non ens, oppositum cuius principalius, & simpliciter sic dicto: quod tamen nihil, seu non ens, est nihil, seu non ens minus us principalius, & secundum quid, seu cum addito diminuente sic dictum. Aliquid, seu ens, & esse minus principalius, & secundum quid, seu cum addito diminuente dicuntur id, quod non est acta existens, seu præsens, sed præteritus, vel futurum, vel latenter possibile, & sic etiam certum est essentiam creature priusquam existat esse aliquid, seu ens, quantum est latenter possibilis, non autem nihil, seu non ens oppositum enti minus principalius, & secundum quid, seu cum addito diminuente sic dicto: quod nihil, seu non ens, quatenus opponitur etiam enti possibili-

bili dicatur, principaliter, & simpliciter nihil, seu non ens, si quis tamē urgeat an absolute, & sine distinctione essentia creature antequam existat dicenda sit nihil, an aliquid. Respondeatur, neque nihil, neque aliqd absolute, & sine distinctione, sed tantum cum addito & distinctione dici posse, nepe nihil præsens, sed aliquid possibile.

Vnde recte colligas primo hos duos terminos, nihil, & aliquid, seu non ens, & ens, licet secundum se fieri contradictori, & consequenter alterutrum inesse debeat subiectio cuiuscum sumpcio, ut est a parte rei: subiectio tamen sumpcio, ut est obiectiu in intellectu, quemadmodū est essentia creature præcisa per intellectum ab existentia, posse neutrum inesse. Secundo interdū id, quod sub una ratione est uerē nihil, seu non ens, sub alia posse uerē esse aliquid, seu ens, & è contrario, nempe uerē nihil, seu non ens oppositum enti principaliiter, & simpliciter sic dicto, hoc est existenti, seu præsenti, posse esse uerē aliquid, seu ens minus principalius, & secundum quid, seu ens cum addito diminuente sic dictum, hoc est non existens, seu præsens, sed uel præteritum, vel futurum, vel latenter possibile, & è contrario.

Dixi interdū, non autem semper, quia quod est omnino nihil, seu non ens, principalius, & simpliciter sic dictu, hoc est oppositum enti possibili, quod nihil, seu non ens uno verbo de impossibile, nullo modo aliquid, aut ens dici potest, nisi cum additione non solum diminuente, sed etiam in distrahente vocabulum propria significacione nempe ens impossibile. Tertio falli eos, qui etiam rem rerum creatarum confundunt cum eorum esse præterito, vel futuro, vel possibili, quia idem sic considerare res creatas secundum ipsarum essentiam, & considerare, secundum ipsatum esse præteritum, vel futurum, vel possibile, cum esse sit essentia in creatis sit pura quidditas secundum se abstrahens ab omni existentia, non solum præsenti, sed etiam præterita, futura, & possibili: qua quomodo inter se differant, paucis hic exponendum est.

550 Existenta præsens dicitur:qua formaliter resacta est in rerum natura: præterita,qua fuit: futura, qua erit: possibilis, qua potest esse. Sed præsens, ut a præterito futuro, & possibili distinctionem, eandem semper habet notionem, quam dixi.

*Aliquid
nihil.*

*Præsens,
præteritū,
futurū,
possibilis,*

570 Accidens quintum vniuersale, quod ad distinctionem proprij accidentis communi dicj solet, tripliciter a Porphyrio in eadem. Accidente definitur. Primo accidentes est, qd abesse, & adeste preter subiecti corruptioem. Secundum accipiens est, qd eratigit eidem inesse, & non inesse. Tertio accidentes est, qd neq; est genus, neq; kategorija, neq; species, neq; proprium, p. ait (intellige naturaliter) est in subiecto, quæ dux prioriores definitiones sumptum facit ex Art. 1. Top. c. 4. & bona fons, sicut, & prima, & alia illæ duæ, quib; communites definitur esse, qd inest plurib; accidentaliter, & contingenter, vel quod de pluribus praedicatur ut quale accidentaliter, & contingenter, quarum prior essentialis est, mo illud (inell.) sumatur in actu primo: posterior vero essentialis, vel accidentalis iuxta varias explicaciones dici potest. Prima rame Porphyrij definitio, ex qua alias eriam facta intelligas, non ita accipienda est, ut particuli (frater corruptionem) cadant tam in supra particulam (abesse) sed ita, ut cadat, & supra particulam (abesse), & supra particulam (abesse) rotundique definitionis sensus sit, accidentis esse, quod subiecto, cuius est accidentis, & abesse, & adesse potest, tum per intellectum, intelligi abesse, & adesse, & quidem abesse non solum praeceps, sed etiam negatiæ, tum etiam realiter, non tamen simul, sed diverso tempore, vel instanti, sine corruptione, seu destructione eiusdem subiecti, quo ad eius essentialiam, seu praedictam essentialiam, etiam si aliquando abesse, aut adesse non posse sine corruptione, seu destructione eiusdem, quo ad eius existentiam. Tunc autem dicitur aliquid destrui quo ad existentiam, & non quoad essentialiam, quando definiere actu in rerum natura, non tamen definiere esse aliquid possibile per aliquam potentiam: tunc vero dicitur destrui etiam quoad effectum: inquit quando definit esse aliquid possibile, qd quamcumque potentiam comparetur, quæ definiere possit fieri potest, vel privata, & per se, per generationem, seu ablationem praedicari aliquis, essentialis, vel secundario, & per accidentem.

per negationem, seu ablationem prædictati alicuius accidentalis quidem, sed necessarij necessitate simpliciter sic dicta, seu absolutasquod qui negat, seu tollit, consequenter negat, seu tollit principium primum, seu essentiam, vnde huiusmodi prædicatum fuit.

571 Diuiditur accidentis commune ab eodem Porphyrio in separabile, & inseparabile, intellige realiter, & diuidi etiā potest in genericum, seu consequens ad naturam genericanam, & specificum, seu consequens ad naturam specificam. Itemque in metaphysicum, &c. physicum, de quibus plura infra, &c. alii divisionibus, quas necesse hic non est pluribus persequi. Conveniunt autem accidentis proprium, & commune, quod utrumque est accidentis conueniens pluribus, & utrumque habet rationem vniuersalis non solum respectu speciei, vel etiam generis, si si genericum, sed etiam respectu individuorum non seorsum, sed simili sumptorum, quod id est de differentia quoque, intelligendum est.

Differunt vero primo, & principaliiter, quod proprium conuenientis subiectis necessarij, accidentis contingenter. Sed ut dicitur supra distinctionis necessitatem, alteram simpliciter, alteram secundum quid-

ita duplex distinguita est contingentia illi opposita: ita, vt aliquod accidentis, qđ sub una ratione est necessarium, & consequenter proprium, sub alia sit contingens, & consequenter commutare. Alia discrimina minus principialia, & minime vniuersalitatis: præterea illud pono, quod dici solet proprium per se primō, seu immediatum, & tanquam primario subiecto conuenire naturę genericanę vniuersaliter genericanę, vel specificam, vel proprium genericum, vel specificum, & secundarij vero, & mediate individuis & intelligendum esse quoad conuenientiam. Quod vero Aristotle, de substantia, docet omnia accidentia: (& propria scilicet, & communia) primō mente primi substantiis, intelligendum est, fece quod existentiam.

Sed de vniuersali, tum in communī, tum in particulari haētenuis. Particulare, quod formaliter sumptum vniuersali opponitur, vt pars subiectiva toti potentiali; materialiter sumptum interdum est singulare, seu individuum, de quo fatus supras, a interdum vero minus vniuersale, quod respectu vniuersalioris ratione, acm induti particularia.

Particulare
Parte
Parte



ENS PRÆDICAMEN-

talē, & non prædica- mentale.

Cap. VI.



Non minus huc
enarratio diuisio,
quā dux pro
ximē expli-
cari, sub vna
ratione ad Lo-
gicam, sub alia
ad Meta-
physicā spe-
ciat. Sed qd-
nā sit ens præ-
dicamentale, de quo hic loquimur, intelli-
gi nequit, nisi prius intelligatur, quid sit
apud Latinos Philosophos prædicamen-
tum, quod sicut, & apud Græcos
KΛΗΣΙΣ, duplicitur sumitur: aliquando
pro tota serie ex summo genere vniuerso,
& ijs, quæ sub ipso ponuntur constituta: a-
liquando verò pro solo genere summo cu-
iique prædicamenti primo modo acce-
pti. Sed frequentior est prima notio, & ab
illa inscriptus videtur liber Prædicamen-
torum Aristor. cuius subiectum est prædi-
camentum in genere, seu commune omni-
bus decem prædicamentis, de quibus, in-
fra, sumptum pro reali serie ex summo ge-
nere vniuerso, & ijs, quæ sub ipso conti-
nentur, seu quod idem est, sumptum pro re-
bus ipsis in huiusmodi serie dispositis,
quatenus peculiari modo ad Logicā fine
proximum conferunt. Ens igitur prædi-
camentale dicitur illud, quod ponitur in ali-
qua serie prædicamentali, ita, vt ad illam
solam pertineat. Quod enim ad duas, aut

plures, ait omnes huiusmodi series perti-
net, cuiusmodi præcipue sunt ens, unum,
uerum, bonum, non dicitur prædicamenta
sed transcendentalē. Tripliciter autē
potest aliquid poni in aliqua serie prædi-
camentali; ita, vt ad illam solam perti-
neat: uideat directē, indirectē, & redu-
ctiū, quamvis huc duo postrema interdu
confundantur. directē, seu in recta linea
ponuntur genera, species, & individua: in-
directē, seu ad latus ponuntur differentiē,
reductiū ponuntur, quæ non sunt genera,
aut species, nec individua, nec differentiē
aliquo tamē modo ad aliquid horū per-
tinent, vel ut eius partes, vel ut termini,
vel alio simili modo.

573 Atque, ut a liquid directē in præ-
dicamento ponatur, aliquot requiruntur,
conditions.

Prima est, ut sit ens realē, hoc est habēs
essentiam realem, sive deinde sit actu exi-
stens, seu præsens, quod principaliter, &
simpliciter dicitur ens realē, sive patetū
sive futurum, sive etiam tandem possibile
quæ minus principaliter, & secundum qd,
seu cum addito diminuente dicuntur en-
tia realia, iuxta dicta supra, vbi de essen-
tia, & existentia: siquidem realis essentia
prædicamentalis abstrahit ab oī existētia pre-
senti, præterita, futura, & possibili, quibus
formaliter sumptis nihil datar uniuocum
ut loco citato diximus. Quare ponuntur
quidem directē in prædicamentis res rea-
les, & actu existentes, seu præsentes, &

Prædi-
ca-
men-
to.

²
Ens præ-
dicamen-
to.

præteritæ, & futuræ, & possibiles: sed ratio ne essentia realis, ut dictum est, non ratio ne existentia præsentis, præterita, futura, & possibilis.

Post sunt tamen ad similitudinem prædicamentorum realium rotidem prædicamenta rationis constitui: vel omnia entia rationis ad illud prædicamentum reale, cuius sunt velut imitationes, & simulacra quaedam, reduci Secunda est, ut sit ens incomplexum. Tertia est, ut sit ens per se. Nec confundenda est hæc conditio cum superiori, cum non omne ens incomplexum sit ens per se, nec omne ens per se sit ens incomplexum.

Atque ex hac conditione rectè inferat, concreta accidentalia, ut album, calidum, quæ ut concreta, sunt entia incompleta, non tamen per se, non in concreto, sed in abstracto, seu ratione abstracta, et tantum in prædicamentis accidentiis ponit, licet substantia in prædicamento substantia in concepto ponatur. Quarta est, ut sit ens complectum, hoc est, et singularis, quod non posse fit venire in compositione alterius entis per se, cuiusmodi ens complectum ponitur in infinito loco recte linea prædicamenta lis, et uniuersale, quod prædicatur in quæ, & consequenter habeat rationem entis completi, quatenus habet rationem totius per modum per se substantias, cuiusmodi ens complectum sunt genera, & species.

Quinta est, ut sit ens plurimum, vel certe non infinitum in perfectione essentiali simplificetur, seu in ratione totius, ita scilicet, ut in sua essentia aliquo modo contingat omnes perfectiones, etiam aliquo modo possit esse infinitum in ratione infiniti præcisæ, de quo lib. superiore vbi de infinito. Sexta est ut sitens uniuersum.

Et quamvis prædicamenta recte decem communiter constituantur.

Substantia, Quantitas, Qualitas, Relatio, Actio, Passio, Situs, Vbi, Quando, Habere, iuxta rote inter se diuersos modos, quibus aliquid uniuocè prædicari potest de prima substantia, seu individuo substantia, possent tamen eriā, vel pauiora, vel plura constitui. Quare cum decem enumerata dicantur summa genera uniuocæ, intelligendum id est de summis generibus uniuocis notioribus, in qua magis commodè claret, ac fine confusione sit rerum diuisio.

Distinguntur vero inter se prædica-

menta, omnia formaliter: quædam enim realiter, non ratione omnium, sed ratione multorum in se contentorum. Hæc de prædicamentis in uniuersum, nunc ad singula delendamus.

574. Substantia interdum sumitur latè, & impropriè pro essentia cuiusque rei interdum presé, & propriè pro ente, quod realiter, seu materialiter sumpsum, est accidens, & definitur ens per se existens, seu substantia, intellege falem in actu primo, ita, vñ, ut ens natura sua talis perfections, ut non posset esse in alio, rati quam in substantiente, vel si posset, ut forma substantialis, corruptibili, componeat tamen substantiam completam, quæ non posset esse.

Dividitur enim substantia in completa, & incompleta. Completa rursus subdividitur, tum alij modis, tum in primam, & secundam, primam substantiam docet Aristoteles, in cap. de substantia esse illam, quæ neque de subiecto aliquo dicitur, neque in subiecto alijs est, id est, quæ neque de inferiori predicatori, cum sit singularis, & consequenter nihil habeat se inferius, nec in subiecto inheret: Secundas dicit esse genera, & species, in quibus sunt prima, intellige tanquam partes substantiarum in totis potentialibus. Conferens autem primas cum secundis, & veraeque inter se, docet primas esse magis substantias (intellige non intentiones, sed magis completas, & substantias pluribus prædicacionibus, tum essentialibus, tum accidentiis,) quam secundas: inter secundas autem species esse magis substantias (intellige modo dicto) quam genera: omnes tanquam species insimilares inter se, sicut, & omnes primas substantias inter se comparatas, sicut a qualiter substantias, intellige quod rationem entis per se completi, & ex his coniungit substantiam de prima, & secundis, sicut, & de completa, & incompleta non uniuocè, sed analogicè dici.

Incompleta vero substantia subdividatur, tum in partes essentialias physicas, hoc est in materiam, & formam substantiale non solidam incorruptibilem, sed erat in corruptibilem, quæ licet spectata præcisè quantum dependet a materia, ut sufficiant, non habeat rationem substantie, quatenus tamen simili cum materia conflat substantiam completam, etiam ipsa rationem substantiae participat, tum in partes es-

sentiales metaphysicas, hoc est in genus, & differentiam, quatenus continentur explicitè in definitione, implicitè in specie substantiali: cum in partes integrales, ut manus, pedes, &c.

575 Locus hic postularet, vt de substantia, seu hypothesi, qua substantia ultimè completa, & constituta supposita, quod in substantia intellectuali propriè appellatur persona, tractaremus; & illud præcipue explicaremus, an substantia completa creata compleat in ratione suppositi, &, si rationalis sit in ratione personæ per aliquid positivum à parte rei distinctum a natura substanciali completa creata; & per solam negationem, qua huiusmodi natura acta nō est in alio. Sed quia cum hac tristatione valde concreta sunt altissima Trinitatis, & Incarnationis mysteria, de quibus non est Philosophi, sed Theologi agere, idcirco ea omissa, de summo genere predicatione substantiarum agamus. Quod non est substantia completa communissime accepta, vt comprehendit creatam, & incretam: nec substantia completa corruptibilis: nec substantia sensibilis, seu corpora, vt complectitur corruptibilem, & incorruptibilem, quale putauit Ar. esse cœlum: sed substantia completa, & creata, sive prese, sive late, vt sub continet corruptibilem, & incorruptibilem, corporalem, & spiritualem, id est secundum Ar. si tamen sermo sit de summo genere predicatione substantiarum, vt traditur in Metaphysica, nam, vt traditur in Logica, est substantia completa, & creat sensibilis, seu corpora. Quare Deus non posset in predicatione directere, sed tū reducere: idque tripliciter, primo, vt principiū efficiēs, finale, & explayre omnīas; sic non ponitur in vlo predicatione particulari, sed in omnib. secundo, vt principale analogatum in ratione entis, quæ repræritur in omnib. predicationēs: & sic etiam non ponitur reducere in vlo predicatione particulari, sed in oib. Tertio, vt principale analogatum in ratione substantiarum; & sic ponitur reducere in predicatione substantiarum. Secunda vero intelligentia, seu Angeli ponuntur in predicatione substantiarum, licet secundum Aristotel. f. Iso existimantem secundas Intelligentias... nro tantum multiplicari absolute non posse, dicendum consequenter sit secundas

Intelligentias, sicut vniuersitatem participantes substantiarum completer, creatæ, incorruptibilis, spiritualis, &c. sumptas tam in individuo, nō numero tantum, sed etiam essentialiter differre: ita, vt in sua essentia adequate sumpta includant etiam rationem numericam; & consequenter licet essentialiter, vt dixi, inter se diffirent, non tamen propriè diffarent specie. Quod idem proportionaliter secundum eundem Arist. dicendum consequenter est de illis cælestibus corporibus, quæ numero tantum multiplicari absolute non posse fibi falsò perfuasit.

576 Proprietates, seu attributa substantiae sex ab Ar. in sup. cit. c. de substantia affirmatur. Primum est, non esse in subiecto, in tellige in substance. Secundum, vniuersitatem practicari, intelligere de substantijs inferiorib. qd se cundis tantum substantijs, & quidē vniuersis conuenit. Tertium, significare hoc aliquid, i. est quid singulare per se existens, quod primas tantum substantias conuenit. Quartum, non habere contrarium. Quintum, non suscipere magis, & minus. Sextum, esse suscepitum contrariorum, licet quartum, & quintum alijs etiam, quam substantia sextum vero, si de contrarijs presens di alis intelligatur, soli quidem substantiarum, non tamen omni conueniat. consequenter quod Arist. ait maximè proprium substantiae videri, esse suscepitum contrariorum interligendum est respectu aliorum quorundam illius attributorum nō respectu omnium. Hac de prædicamento substantiarum.

577 Quæ sequuntur, omnia sunt prædicamenta accidentiū, de quib. anteq. dice re aggredi, monendum illud vfa. alia esse diuisionementis in substantia, & accidentis alia prædicamentorum in prædicamentum substantiarum, & prædicamentum accidentium non scilicet quia illa latius patet, sed et, quia aliter in illa, aliter in hac substantia, & accidens sumuntur. Ac substantia quidem quoniam modis sumatur jā diximus. Accidens autē dupliciter sumuntur: primō proente, quod realiter, seu materialiter sumptū nō est substantia, inest tamen, saltem in actu primo substantiarum, vt calor: Secundō pro eo, quod aliqui i accidit: sive deinde sit substantia, quæ se habeat ad modū accidentis, vt vels respectu corporis: sive sit rō formalis acc dentalis, realiter in id estificata cum substantia, vt ratio uitatis ipsius substantiarum: sive sit accidentis primo modo

*Substantia
et præ-
cipue.*

*6
Substantia
et accidentes
Prædicamen-
ta numeris
substantias
et prædi-
camenta,
accidentia.*

sump̄ū, vt calor: sive ratio formalis accidentalis, realiter tamen identificata cum accidente primo modo sumpto, vt ratio unitatis ipsius caloris: sive etiam sit negatio, vel priuatio, vel ens rationis, quod accidentaliter de aliquo predicitur.

Cum igitur dividitur ens in substantiam, & accidens, substantia vniuersalissime accepit, vt complectitur omnem substantiam, sive creatam, sive increatam: accidens vero sumitur primo modo, vt si flingitur a substantia: & sic est bona diuinitus.

Cum vero predicationa dividuntur in predicationum substantiae, & predicatione accidentium, substantia sumitur, vt complectitur tantum illam, quam supra statuitum esse summum genus predicationi substantiae, & alias sub illa contentas: accidens vero sumitur, vt complectitur, tum accidentis primo modo acceptum, tum etiam accidentis secundo modo acceptum, modo habeant conditiones requiras ad hoc, ut aliquid dicere possit in predicatione de quibus supra: & sic est item bona diuinitus.

Atque accidens quidem primo modo acceptum, quo distinguuntur a substantia, & dicitur accidens nominale, & accidens physicum, definitur ens in alio inherens sicutem in actu primo. quamquam haec definitio extendi potest etiam ad accidentem secundo modo acceptum, quando est intrinsecum, neque inherenter, qua accidens constitutivus inherens, etiam fieri sit de accidente physico, distinguitur a parte rei, sed formaliter, seu virtualiter tantum ab ipso accidente, quod inheret, & subiecto, cui inheret. Accidentem autem secundo modo acceptum, quo distinguuntur ab essentia, & dicitur soler accidens verdale, & accidens Logicum, seu metaphysicum, definitur potest id, quod alijs accidit, sicut in actu primo, sive deinde necessarij, sive contingentes, sive intrinseci, sive extrinseci accidat.

Quomodo cuncte tamen sumuntur accidentes, nullum est quod induvidetur formaliter per subiectum, cuius est accidentis: sed quod supra de principio induviduationis in communione dictum est, etiam accidentem quomodo cuncte sumpto applicandum est.

Quod vero dicitur, duo accidentia solo numero distingua non posse simili esse

in eodem numero subiecto, intelligendum est naturaliter, & loquendo de accidente physico. Sed iam ad praedicationem accidentium veniamus, quibus omnibus ratio accidentalis non valuerit, sed analogice conuenit.

578. Primum inter praedicationa accidentium non immoratur ponitur quantitas. Sed duplex distinguenda qualitas est, altera virtualis, altera formalis.

Quantitas virtualis, quae dicitur etiam quantitas virtutis, & quantitas perfectio- nis, est, quae non constituit peculiares praedicationum, sed per omnia vagatur, & in vnaquaque re, sive predicationali, sive non praedicationali, sive corpore, sive spirituali, tanta est, quanta est eius perfectio, essentialis, vel accidentalis. Quantitas formalis, cui quantitas nomen primo imponitur, & deinde ad virtualem translatum est, non constituit formaliter in ratione mensuræ, nec in ratione diuisibilis tatis, nisi forte haec rationes sumuntur pro prima radice, unde habet quantitas, ut illi conueniant: nec in extensione formalis entitati, quae consistit in eo, ut res constet pluribus partibus formalibus, vel actualibus, id est actu inter se distinctis, vel potentia libis, id est potentia tantum inter se distinctis, entitatem componentibus: sicut extensio entitatis virtualis consistit in eo, ut res constet pluribus partibus virtualibus entitatem componentibus. Nec in extensione formalis in ordine ad totum, seu in ordine ad se, quae consistit in eo, ut res constet pluribus partibus, formalibus ordine quodam inter se dispositis; ita, ut prima pars vniatur immediatè solum ea secunda, & illa media cum tertia, & sic deinceps, quomodo caput immediatè vniatur cum collo, & illo medio cum pectori, &c. quae extensio non est de essentia vilius entis homogenei, sicut sit de essentiâ alicuius heterogeni: nec in extensione formalis actuali in ordine ad locum, seu spatium, quae in eo consistit, ut res constet pluribus partibus formalibus entitatē componentibus, quarū una sit in una parte loci, seu spatij, alia in alia, ita, ut in qua parte loci, seu spatij est, una non sit alia: sive deinde ita sit occupativa loci, seu spatij, ut aperte sit excludere ab eodem loco, seu spatio quācunque aliud corpus, sive non ita, sit occupativa loci, seu spatij: sed in extensione formalis apertitudinali in ordine ad locum, seu

spatium, secundum, quam res constat pluribus partibus formulis, quatum una ita naturaliter apta est esse in una parte loci, seu statu, alia in alia modo explicata, ut hanc aptitudinem retinet; etiam si ponatur, ut saltem per Dei potentiam possit, simul penetratim cum alia, vel alijs aliquibus, vel etiam omnibus, in eadē parte loci, seu spatii: seu quod idem est, in aptitudinali ratione partium extra partes in pridie ad locum, seu spatium modo explicato. Cui aptitudinali extensioni, seu rationi partium, licet naturaliter consummata sit aptitudo non solum remora, sed etiam proxima, ad occupandum locum, seu spatium cum exclusione alterius cuiuscumque corporis ab eodem loco, seu spatio: si permanentiarum tamen potest non esse coniuncta.

Disputatio autem est de nomine, si quis non habeat, quam dixi aptitudinalem extensionem, sed a ceteris illi respondentem, quantitatem appellandam esse contendet, a qua nos appellatione idcirco abstinentem cœsumus, ut sicut sit communis Theologorum sententia locis docentibus Christum Dominum in Sanctissimo Eucharistia Sacramento esse etiam quoad sua in quantitate.

579 Recte igitur quantitas formaliter communiter definitur ens per se ex eisdem, seu habens partes extra partes intelligentia extensionem, & partes, quas diximus. Nec tamen non recte ab Aristotele. §. Met. cap. 13, in concreto describitur his verbis: quantum dicunt in ea, que sunt inserviunt, quorum vtrunque, aut singulum unum quid, & hoc aliquid (sic enim ex grato legendum est), licet quidam legant, unum quid, & quod quid) aptum est esse, id est, quantum est illud, quod est divisibile in partes, quas in se formaliter habet, quarum itaque, si duas tantum sint, vel singula, si sint plures, apta sunt esse per se unum quoddam totum, sicut autem extensionis formalis actualis partium extra partes in ordine ad locum, seu spatium secundum positionem, quod dicit, non distinguatur a parte rei ab extensione formaliter aptitudinali illi respondentis: ita extensionis formalis aptitudinalis illi respondens, seu quod idem est, quantitas ipsa formaliter sumpta non distinguatur a parte rei, sed formaliter, seu virtualiter tantum ab ijs, quæ per illam constituantur formaliter, & ini-

mediate quanta: ita, ut res omnis, sive substantialis, sive accidentalis formaliter quanta, seu corporeæ, quatenus est apta et tendi in ordine ad locum, seu spatium modo explicato, si ipsa formaliter quantitas: recte ramen adhuc substantia dicatur realiter distinguiri a quantitate non quidem aequaliter, sed inaequale sumpta, pro ea, quæ realiter identificator cum accidente corporeo diffinito a substantia, & consequenter recte in Sanctissimum Eucharistia sacramento desinente substantia panis, & vini, dicatur nihilominus remanere quantitas panis, & vini, gratemus remanet quantitas accidentium substantia panis, & vini ab ipsa substantia realiter distinguitur, quæ licet immideate sit accidentium, remaneat tamen est etiam substantia, cuius illa sunt accidentia.

580 Neque cum quantitate confundenda est impenetrabilitas, ut supra indicamus, quæ nisi aliud est, quam accidentis quoddam physicum de genere qualitatibus, & quidem corporeum, & materiale, quod positum in corpore quocumque reddit illud impenetrabile ab alio corpore habente item impenetrabilitatem, hoc est reddit illud aptum resistere, & impetrare, ne aliud corpus habens item impenetrabilitatem ponatur, aut sit simile cum ipso penetrari in eodem loco, seu spatio, in quo est ipsum, idque ad rem quoad locum permissionem, & confusione remittendam. Et quia nūs eadem impenetrabilitas suam habent extensionem formaliter actualiem in ordine ad locum, seu spatium, & consequenter ipsa etiam, ut habens huiusmodi extensionem dici posset habere quantitatem, & denominari quanta, si quantitatis nomen tribueretur huiusmodi extensioni formalis actuali, ut abstracta est ab illa Theologorum sententia, curas supra meminimus, tribui posset: ramen ex suppositione praedictæ sententiae, quantitas nomen extensioni tantum formalis aptitudinali supra explicata tribuendum est, & impenetrabilitas quæ huiusmodi extensione formaliter aptitudinali non habet, sed tantum actualiter, & a remanente remanet impenetrabilitas, definita, designata, non nisi extrinsecè a quantitate eorum, quibuscum in eodem loco, seu spatio penetratus est, quanta denominari dicenda est.

Nec a materia, in qua recipitur, sed a

impenetrabilitate

qualibet earum formarum materialis sive quarum aliqua materia naturaliter esse non potest, efficienter eadem impentrabilitas produci videtur, nisi ab earum aliqua in eadem materia iam producta supponatur: nec omnino incorruptibilis est: quanta tamen in rerum natura consistunt, tanta naturaliter de novo producuntur: nec sine aliqua eius corruptione condensatio, nec sine aliqua eiusdem productione rarefaction fieri potest, ut superiori libro diximus. Sed quia reliqua sunt ad quantitatem spectantia expediamus.

*Quantitas
discreta.*

581 Duiditur quantitas ab Aristot in Pradicam. cap. de quantitate, & 5. Met. c. 13. in discretâ, & continua: m: discreta dicuntur illa, cuius partes non terminantur termino communis, sed propriis: continua illa, cuius partes terminantur termino communis. Sed quantitas discreta non est vera, & perfecta species quantitatis praedamentalis, sicut aliquam cum illa similitudinem, seu analogiam habeat, ratione cuius ipsa etiam quantitatis nomine appellatur. Itaque non numerus, nec oratio, que ab Aristot. cap. citato de quantitate, afferuntur, ut species quantitatis discreta, veram, & perfectam quantitatis praedamentalis rationem participant. Ut vero intelligatur quid sit, & quomodo a parte rei detur, aut non detur numerus, quemlibet superiore, ubi de tempore, in numerantem, & numeratum diuisimus, alii est numeri distinctione adhibenda: Vel enim sumitur, ut praeceps dicit plures unitates finitas, seu multitudinem unitatum finitam, sive in rebus corporalibus, sive in spiritu libris: quo p. 10 ab Arist. 10. Met. text 21. definitur multitudine uno numerabilis & clarissima 5. Met. ca. 13. multitudine finita: per quam definitionem, dividitur: hunc unus, a multitudine, quae sicut, & quantitas discreta in via queritur, abstracta & finita, & infinita: & sic in rebus realibus datur a parte rei citra operationem in intellectus: vel, ut dicit quid unius confutatio ex pluribus unitibus finitis, in inter se ordinem habentibus, ut, a qualibet factio initio, una sit prima, alia secunda, alia tercia, & sic deinceps: & sic non datur nisi per operationem intellectus. Ex quibus duabus numeri accepti, licet posterior formula, prior vero respectu posterioris materialis dicuntur: tamen prior etiam sub altera ratione formalis dici potest.

Nec Arithmetica de numeris agit in posteriore, sed in priore acceptione, in qua etiam recte plures numeri species distinguuntur.

582 Quantitas vero continua in permanenti, & successivam diuidi solet, & permanens rursus a quibusdam in subdividi in linear, superficiem, corpus, locum, & pondus: successiva vero in motum, & tempus.

Sed linea quidem, quae ex Arist. 5. Met. cap. 13. recte definitur magnitudo continua ad unum, id est secundum longitudinem, & aliter, longitudi latitudinis, ac profunditatis expers & superficies, que ex Aristot. ibidem recte definitur magnitudo continua ad duo, id est secundum longitudinem, & latitudinem, & aliter latitudi do cuius partes copulantur communis linea, & corpus, quod ex Arist. ibidem recte definitur magnitudo continua ad tria, id est secundum longitudinem, latitudinem ac profunditatem, & aliter, profunditas, cuius partes copulantur communis superficie, sunt vero species quantitatis praedamentalis inter se formaliter, seu virtutaliter, & non, locus autem, pondus, motus, & tempus, non sunt vero species quantitatis: sicut Arist. in ea, de quantitate non ex sua, sed ex aliiorum sententiis, ut species quantitatis continua, praeceps linear, superficie, & corpus, non erit enim locus, quem merito deinde non numeras 5. Met. cap. 3. & tempus, quod sicut, & motus, merito deinde eodem cap. 12. docet esse quantum per accidentem.

Nellum tamen continuum, sive permanentis, sive successivum componunt: ex individualibus, sed ex semper dividibiliibus: licet, & partes in se semper dividibili, sed in dividibili consideranda sunt. Partes in eo dividuntur, sive in iniquales, & coquimicantes, sive etiam aequales, & non communicantes, & utræque in quilibet continuo, sive finito, sive infinito in numeratione, & hoc utrumque, sive finitus, tu infinitis modis, non tam actu, quod aper tam implicat contradictionem, sed potenter tantum inter se distincte.

In dividibili continuo permanentis sunt punctum, linea, & superficies, quorū triū unum tantu m, id est punctum, est simpliciter individuabile: idisque recte definitur esse id (intellige positum in quid,) cuius nulla pars: & reducibile tantum pertinet.

11.
12.
13.
14.

15.
16.
17.
18.

ad predicationem Quantitatis: reliqua duo, id est, linea, & superficies, duplenter considerari possunt, vel, ut termini, vel, ut dimensiones: ut termini sunt individuissimae, linea quidem secundum latitudinem, & profunditatem: superficies vero secundum profunditatem: & sic recte definitur linea longitudo latitudinis, & profunditatis expressa; superficies vero, latitudo profunditatis expressa; dimensiones sunt diuisibilitas, linea quidem secundum longitudinem, superficies vero secundum latitudinem: & hoc posterior modo sumuntur, cum una cum corpore numerantur, ut species quantitatis continuæ, & una cum corpore definitur, ut supra dictum est.

Indivisiibilia continui successus in motu dicuntur mutata esse, in tempore instantia. Et tam continuæ permanentes, quam successus indivisiibilia dividuntur in copulantia, & terminantia. Copulantia, seu continuantia dicuntur, quibus partes continuæ inter se copulantur, seu continuantur terminantia, quibus terminantur, ne viterius tendant. quamquam mutata esse nunquam terminant in principio, sed tantum in fine.

Dantur uero hec omnia indivisiibilia in continuo, quoad positivum, quod dicunt: licet non dentur, nec dari per villam potest: item posse, quo ad, auctuæ distinctionem eiusdem positivii, uel inter se, uel a partibus continuæ.

[Dixi eiusdem positivii, qui a indivisiibilia terminantia, præter positivum, dicunt etiam formaliter aliquid negativum, ratione eius utique distingueuntur auctuæ continua. Idem omnino, quod a indivisiibilibus terminantibus, dico de figura, que item, ut indivisiibile terminantium in sua ratione aliquid positivum, & aliquid negativum involuitur; licet, ut qualitas, dicat solùm quid positivum, ut infra. Nulla uero ratione ad mittendum est, quod recentiores quidam dicunt, quantitate, siue permanente, si ue successuua diuidi in tantitates (hoc est in rationes illas, a quibus tam quantitas per manens, quam successiva habet, ut sit tanta, uel tanta, uerbi gratia, quantitas continua palmaris, uel bipalmaris, quantitas successiva unius, uel duarum horarum &c.) tanquam in ueras quantitatis permanentis, & successivæ species s: neque enim huiusmodi rationes nisi accidentaliter, hoc est secundum maius, & minus, inter se

differunt, modo in eadem specie quantitate accipiuntur.

583 Proprietates, seu attributa quantitatis, que ab Aristot. in cap. de quantitate afferuntur, sunt tria.

Primum est, non habere contrarium secundum nō sufficiere magis, & minus, que duo, alijs etiam, quam quantitatati conuenient: tertium, idque maximè quantitatis proprium, ut secundum ipsam res dicantur equalis, uel iniquales; licet, hoc etiam paucum latius sumptum ad alia transferatur. Connumerari tamen inter quantitatatis attributa potest etiam, tum ratio corporei, que sumitur in ordine ad quantitatem, & est principium ipsum quantitatis, hoc est principium, quod, uel in se toto, uel falcè in materia, cum qua componit totum, requirit extensionem illani formalem aptitudinalem, in qua rationem formalem qualitatis confitente diximus; que tamen ratio corporei, quatenus in predicatione modo substantiæ contra hanc rationem substantiæ, non sumitur formaliter, & reduplicative, ut principium quantitatis modo dicto, sed materialiter, & specificative: tum ratio diuisibilitatis: tum ratio mensuræ: tum ratio finitatis, uel infinitatis: quamvis hec duo postrema ad alia etiam transferantur.

584 Post quantitatem Arist. in Predicamentis non sine aliqua causa de relatione priusquam de qualitate: at in 5. Met. magis naturalem sequuntur ordinem, de qualitate priusquam de relatione agit: & sic nobis etiam agendum existimo. Qualitas igitur tribus præcipue modis accepitur: primò latissime pro omni eo, quod seipso aliqua ratione determinat aliud, quonodo etiam secunde substantiæ dicuntur ab Aristot. significare quale aliquid, & differentiam ab eodem dicuntur qualitates respectu generis, ab alijs vero dicuntur qualitates secundum modum, non secundum re, & communiter dicuntur predicari in quale quid: Secundò latè pro omni eo, quod est accidentis, & consequenter dicuntur predicari in quale, id est accidentaliter: Tertiò preceps pro eo tantum accidente, quod non ad extendendam, sed ad alio modo comprehendendam, & perficiendam substantiam creatam, uel in effendo, uel in operando, siue realiter, siue virtualiter est institutum, & hoc tertio modo aliter, & recte, licet accidentaliter, ab Aristot. in cap. de qualita-

¹¹
Quantitas
est auctio-
naria.

¹²
Qualitas

14
P. 140.
1. 1.

te definitur qualitas esse, secundum, quam quidam dicuntur quales: & in quatuor dividitur species. Prima est habitus, & dispositio. Habitustribus principis modis accipit primo pro perfectione, seu forma, quam quomodounque res habeat: & sic accipit in illo axiomate, de quo alibi diximus, a priuatione ad habitum non datur regresus. secundo pro veste, seu induimento, atque adeo pro ultimo praedicione, quod dicitur habitus, cuius abstractum est, vestis, seu induimentum: tertio pro qualitate difficile mobilis potentia operativa superaddita dante facultatem, & promptitudinem ad operandum: atque ita sumitur ab Aristotele hic dispositio etiam tribus maximè modis sumitur: primò pro qualitate que collocatione, seu divisione partium, sive secundum locum, sive secundum potentiam, seu virtutem, sive secundum formam, iuxta doctrinam Aristotele. Met. cap. 24. secundo pro qualitate, que est genus ad habitum tertio modo supra dicto sumptum, & ad dispositionem in sensu item modo infra dicendo sumptum: & in hoc sensu dispositionem accipit Ar. tum 7. Physic. 10. cum docet, habitus esse dispositio nem perfecti ad optimum, id est, naturam iam perfectam ad perfectam operationem: definit enim ibi Aristoteles habitum operatum bonum, tum in cap. de qualitate, cum docet, omnes habitus esse dispositiones, sed non contraria: tertio pro qualitate facile mobilis determinante, vel adiuvante potentiam ad operandum: & sic sumitur ab Aristotele. Secunda est naturalis potentia, & impotentia, per potentiam, quam multipliciter accipi docet Aristoteles. Met. cap. 12. & 9. Met. cap. 1. intelligit idem Aristotele. hic connaturalem qualitatem per se primo institutam ad agendum, sive necessariam, sive libere potest inveniatur, aut non intelligit inveniatur, neque rationem potentiam, sed postquam possumus, cuntraria, seu connaturalem qualitatem per se prius institutam ad agendum, imbeciliter tamen, & quae facile impediri possit, ne suum actum exerceat. Tertia est patibilis qualitas, & passio. patibilis qualitas hic dicitur, quae diu durat, vt color naturalis passio, quae citro transfit, vt rubor ex verecundo, & pallor ex metu proueniens. Quarta est forma, & figura: quae duo, vt via, & sapientia habent significations, ita hinc ab Aristotele confunduntur: licet quidam for-

mam a figura in eo distinguant, quod formam dicatur figura non quae cuncte, sed quae in re aliqua naturali quantitate figura verò, quae in quantitate secundum se est. Restat autem figura ab Euclide lib. 1. def. 14. definitur esse, quae sub aliquo, vel aliquibus terminis comprehenditur, hoc est quantitas permanens, quae sola simpliciter dicitur quantitas sumpta, non, ut quantitas, sed, ut unica, vel pluribus lineis, vel superciliis factam formaliter, seu virtualiter inter se distinctis circumscribitur. quod totum est quid possumus, & in modo afficiendi subiectum cum alijs qualitatibus conuenit.

85 Sunt quidem qui has quatuor, non veras species, sed modos accidentiales qualitatis esse contendant: sed dissentire ab ipsis cogimur, & cum alijs assertere, qualitatem in predicta quatuor membra, tanquam in veras species non atomas, sed balterias, adsequuntur, & vniuersè diuiduntur: & quidem, ita, ut omnes inter se non sollement formaliter, seu virtualiter, sed etiam realiter distinguantur, posita illa huius divisionis ratione, quam optimam iudicamus, ut scilicet qualitas ad substantiam, vel per se primò in operando, vel solum in essendo, comprehendam, & per se secundam ordinetur: si per se primò in operando, vel sit essentia, & ab inveniencia, ac primo constitutus rem potentiam operari in ratione principij proximi: & sic constitutus naturali, potentiam, & in potentiam: & vel sit superaddita potentia, & erat istam determinans, aut adiuuans ad operandum: & sic constitutus habitum, & dispositionem. Si vero solet in essendo, vel sit ratio quantitatem alijs, vel aliquibus terminis comprehendens, & sic constitutus formam, & figuram: vel sit qualitas alio modo ornans conferuans, aut alter affectus substantiam: & sic constitutus patibilem qualitatem, & passionem. Non hunc tamē Aristoteles alium in his species enumeratis ordinem sequitur sumptum barum perfectione: ideoque duplice singulis species nomine appellat, quod simpliciter carent. Nec dispositio tamen, & habitus inter se differunt, nisi accidentaliter, si habitus sumatur pro qualitate, dante potentia & facilitatem in operando iam perfecta, dispositio verò pro eadem qualitate incolata, & nondum perfecta; licet differant essentialiter: si habitus sumatur, vt dictum

est, dispositio vero pro acto secundo potest, ut interdum sumitur. Quatenus autem habitus de esse difficultas mobilis, & dispositio vero facile mobilis, different inter se, vel accidentaliter tamen si particularis difficultas, & facile) indicent solum maiorem, minorum difficultatem, aut facilitatem vel essentia liter, si eadem particulariter sumuntur, ut qualitas difficultas mobilis dicatur illa, quae per se natura sua praedita a principijs, seu causis, que per se, seu natura difficile remoueri possunt, etiam si per accidentem contingat interdum, ut facile remouantur qualitas vero facile mobilis dicatur illa, quae per se, seu natura praedita a principijs, seu causis, quae per se, seu natura sua facile remoueri possunt, etiam si per accidentem interdum contingat, ut difficile remouantur. Nec item naturalis potentia, & impotens, nec patibilis qualitas, & passio (quam Arist. in cap. de qualitate, etenim, nomen est qualitatem, quatenus non denominat subiectum) tale simpliciter, sed tantum ad brevem tempus quo durat inter se differunt nisi accidentaliter. Forma vero, & figura sine se confunduntur, licet a quibusdam distinguantur, ut diximus.

186. Proprietates, seu attributa qualitatis ab Arist. in cap. de qualitate, tria numerantur.

Primum est habere contrarium: scilicet est suscipere magis, & minus: quorum neutrum omnibus, aut solis qualitatibus conuenit; tertium est, ut secundum qualitatem res similes, aut dissimiles dicantur: quod Arist. dicit esse maxime proprium qualitatum: intellige si sermo sit de similitudine, & dissimilitudine proprietatis, & praeceps dicta, & apertitudina, ultraante ab ea, quae est secundum speciem, seu naturam, & ea, quae est secundum intentionem, & reminiscensem seu secundum gradum qualitatis. Atque hinc dequalitate.

187. Relatio in communione nihil aliud est, quam in ordine, seu habitudo unius ad alterum, & dividitur in Relationem realis, & rationis. Relatio realis dividitur in creatam, & incretam: creatam in mutuas, & non mutuas, & mutuas in relationes aequivalentes, seu cuiusdem rationis eademque modo extrema, & disquiparantes, seu diversae rationis, diversoque modo extremae denominantes: & haec rursus in digniora, que dicuntur etiam superioritas, & superpositionis, & superabundantiae

& minima dignitas, que dicuntur etiam inferioritas, & superpositionis, & defectus. Sed celeberrima est relationis creatae divisione in predicamentum alem, & transcendentalis. Relatio predicamentalis dicitur, quae directe ponitur in predicamento Re-lationis, transcedens denialis, quae non directe ponitur in predicamento Relationis, sive dicende ad plura, vel etiam omnia predica-tiva, sive ad unum tantum pertinet, sive quidam eam, quae ad unum tantum pertinet, non transcendentalis, sed specialem aperteant. Inter haec autem duo Relationum genera multa solent alignari, & discriminari, sed duo sunt principia, suppositis tamen in omni relatione predicamentali communibus omnibus conditionibus, ad hoc, ut aliquid directe in predicamento ponatur, requisitus, & supra explicatis, quae non in omni, sed in aliqua tam in relatione transcendentali reperiuntur. Alterum est, quod relatio predicamentalis in eo, in quo est, nihil aliud prestat, nisi quod illud formaliter referat ad aliud, & consequenter, est purus respectus: relatio autem transcendentalis prestat etiam liquidum aliud, & consequenter non est purus respectus. Alterum est, quod relatio predicamentalis respicit terminum sub ratione puri termini, seu praeceps, ut terminum, sed sub aliqua alia ratione, vel, ut effectum, sive ut causa, vel, ut obiectum, &c. Non infre-quens apud aliquos est, alia relationis divisione in relationem secundum esse, & relationem secundum dici, si in alia, & non potius, ut recte coiter accipitur, eadem est cum divisione in relationem predicamentalem, quae de secundum esse, quia, ut talis est praeceps, secundum suum esse totaliter est ad aliud, & relationem transcendentalis, quae de secundum dici, quia dicitur, seu explicatur in ordine ad aliud, ad quod tam non referatur, ut talis est praeceps secundum totum suum esse totaliter acceptum, quamvis aliqui per relationem secundum esse, intelligent qualcumque relationem realis, per relationem vero secundum esse intelligant relationem secundum esse intelligent relationem, tum realem, tum rationis, per relationem vero secundum dicti, denominatio-nes quasdam, quae secundum notitiam concepiendi non odiuntur. Inquit, aliquid debet, dum accipitur, & explicatur in oratione.

ne ad alias, etiam nullam ad illas dicant habitudinem neque realem, neque rationis: cuiusmodi tamen denominaciones nulla sunt, nec esse vlla possunt.

Alia ratione relativa omnia dividet Aristoteles quinto Met. text. 20. in tria genera.

Primum est eorum, quae dicuntur secundum numerum, &c. numerum, hoc est secundum conuenientiam extreorum inter se, quae specificatio sumpta est, quodam virtutis unitas modo supra explicato, vbi de unitate, & inconvenientia in eorumdem inter se, quae specificatio sumpta est, quidam virtutis numerus, seu multitudo.

Secundum est eorum, quae dicuntur secundum potentiam in actuam, & passuam, actionemque, & passionem, immo, &c. quae dicuntur secundum proutrationem potentia, ut impossibile, & inservit.

Tertium est eorum, quae dicuntur ad alia, quia alia dicuntur ad ipsa, ut mensurabile, scibile, & intelligibile, quae dicuntur ad alia: quia alia, hoc est mensura, scientia, & intellectus dicuntur ad ipsa.

Quae diuisio ista est adaequata, ut que ad primum genus pertinere, partim realia sint, in rebus realibus, partim rationis, in ceteris rationis & realia, & partim predicamentalia, partim illis analogae: quae ad secundum genus, partim item realia sint, partim rationis, & realia omnia sint transcendentia, que ad tertium omnia: sint rationes.

178. Principia distinctionis est de relatione predicamentalis, quam omnino afferendum est dari: sed, ut quomodo datur, & cuiusmodi sit, probè intelligatur, tria sunt distinguenda: subiectum, seu fundatum, & ratio fundandi. Subiectum, seu fundatum dicitur illud, in quo est relatio: quod interdum est immediatum, & proximum, ut abedo respectu similitudinis in albedine: interdum mediatum, & remotum, ut partes, in quo est huiusmodi altero.

Non semper autem subiectum, seu fundatum proximum relationis predicamentalis est accidentis: sed potest etiam esse substantia: semper tamen unius relationis est unum, non autem duplex: ita, ut relatio secundum esse: in, sit

in subiecto, secundum esse: in, in termino, ut male quidam tradiderunt. Terminus dicitur id, ad quod relatio est, ordinis, seu habitudo: ita, ut quemadmodum relatio est id, quod ad alterum: sic terminus ne id, ad quod alterum. Debet autem terminus relationis praedicamentalis semper esse realis: quoad suam existentiam, & realiter distinctus a subiecto seu fundamento o proximo relationis, siue deinde sit praesens, siue praeteritus, siue futurus, siue etiam tantum possibilis.

Ac relatio quidem praedicamentalis principaliiter, & simpliciter sic dicta, id est praesens, seu actu existens, sumpta adaequata secundum omnia, sine quibus intelligi nequit, hoc est, cum secundum id, quod dicit in oblique, seu extrinsecis, & terminatim, univerteretur requiretur terminorum actu existentem: relatio autem praedicamentalis minus principaliiter, & secundum quid, seu cum addito sic dicta, id est, non praesens, seu non actu existens, sed vel praeterita, vel futura, vel possibilis: & relatio praedicamentalis principaliiter, & simpliciter sic dicta, id est, actu praesens, seu actu existens, sumpta non adaequata secundum omnia, sine quibus intelligi nequit, sed praeceps secundum id, quod dicit recto, seu intrinsecis, & essentialeiter, non valueretur requiretur terminum, alicui existentem. Ex quo recte inferas, quare verum est distincionem inter relationem transcendentaliem, & predicamentalem supra a nobis indicatam, ram falsum esse, quod a recentioribus quibusdam in assertur: a recentioribus relationem transcendentalem posse, alicui existere, secundum id, praeceps, quod dicit in recto, seu intrinsecis, & essentialeiter, ad terminum, non actu existentem, sed vel praeteritum, vel futurum, vel etiam in tantum possibilem, predicamentalem non item quorum nerum univerteretur, sed tantum indefinitivam esse. Vbi vero terminus non est realis quoad suam existentiam, ut dictum est, sed rationis, sicut posse esse relatio realis, secundum id, quod in recto, seu intrinsecis, & essentialeiter dicit, non potest tam esse, predicamentalis.

